nus Miles qui parū videbat lancea ꝑforaſſz:ſanguis cū aqua mixtus exiuit: vnde cõcta nr̄e ſalutis ſacramēta ſumpſere principia:poſtmodū de cruce depoſitus ſepultureqꝫ tradi tus:poſt diē tertiā veluti alter Jonas de ventre ceti ſic ipē de vētre terre ſupata morte ſur rexit:⁊ ſuis preordinatis ſepe aparauit:⁊ e medio eoꝝ cernētibus ipſis ꝓpriis viribus ad eū qui miſit eū euolauit. Necnõ ⁊ poſt.xl.diē Spiritū ſanctū ex ſe p̄reqꝫ procedētē ac oia viuificantē in ap̄los ceteroſqꝫ diſcipulos oēs miſit. Quo illuſtrati bellum aduerſus orbis pricipē ilico ſuſcepere:quē ꝑ xp̄i ſanguinē ſuperātes ipſūqꝫ ducē Jeſuz xp̄m triūphātes tā dem i celeſtē p̄riam ſecuti ſūt. Et hec q̄ de vita Jeſu xp̄i regis ⁊ pōtificis nr̄i ex ſacra euan gelij hiſtoria quā breuiſſime ꝑſcribēda duximus. Joſephus aūt Judeus in li. antiquitatū de xp̄o ſic hꝫ. Fuit tp̄ribus nr̄is Jeſus vir ſapiēs ſi tn̄ virū eū noiare fas eſt. Erat eni mira biliū operū effector:ac hoiuz doctoꝝ maxime qui que veſtra ſunt libēter audiunt:hanc obrē multos tū ex Judeis tū ex gentibus ſibi adiunxit:xp̄s hic erat. Hūc aūt cū pilatus a principib⁹ nr̄e gentis inſtigatus i crucē agēdū cenſuiſſet:nō tn̄ ij deſeruere qui eū ab initio dilexerāt. Eiſdē p̄terea die tertia poſt mortē viuus apparuit:quēadmodū diuinit⁹ inſpira ti ꝓphete ⁊ hec ⁊ alia de eo inumerabilia miracula futura eē p̄dixerāt:ꝑſeuerat ⁊ vſqꝫ i hodiernū diē celebre chriſtianoꝝ nomē ab ipſo ſumptū perſeuerat ⁊ genus:hec ille.

Nato itaqꝫ dn̄o nr̄o Jeſu xp̄o inchoata ē ſexta ſeculi etas:que nulla generationū aut tēpo rū ſerie certa:ſꝫ veluti decrepita totius mūdi morte erit finiēda:hāc etatē:quidā ab incar natiōe xp̄i icipiūt:q̄dā a baptiſmo xp̄i ꝓpter vim regeneratiuā aquis datā iā circūciſione terminata. Alij aūt a paſſiōe:q̄a tūc apta ē paradiſi porta ⁊ ichoata ē ſeptima quieſcētiū.

Annorum diuerſitas.

Et quia vt q̄dā auctor ſcribit ex annoꝝ xp̄i ⁊ regū cōcurrētia quoꝝ Initia fineſqꝫ frequen ter ſunt incerti:ambiguitas q̄ꝫ emergat in calculādo. Necnō ⁊ circa ānos dn̄i quoto.ſ. an no baptizatus:quotoue paſſus ſit xp̄s:varie loquātur auctores. Jdcirco ad oēꝫ dubieta tē remouēdā:hoc in loco aduertēdū eſt ꝙ Beda li.de tp̄ib⁹ ait:ꝙ Romani ante Numaꝫ pompiliū annū in Martio ob Martis reuerentiā(a q̄ menſis ille denoiatus ē) ſic hebrei incipiebāt. Jpſe nāqꝫ Numa pompilius Januariū ⁊ Februariū āno prius cōfuſo addidit. Et tūc annū a Bruna.i.a Januario inchoare ceperūt quos ēt Romana Eccleſia i cōmu ni calēdario ⁊ āno vſuali ſequit. Greci vero qui olympiades iuenerūt a Solſtitio bruma li qn̄ Sol Jncipit aſcēdere annū incipiūt:hebrei ab Equinotio vernali qn̄ mūdus icepit. Egyptij ab autūno:oriētales vero(vt Dionyſio placꝫ)⁊ p̄ſertiꝫ arabes ⁊ caldei a fructuū collectiōe illatis i tēp lū decimis.ſ.i octobris pricipio:qḋ ꝓprie eſt Equinotiū autūnale an num inchoant ſicut in Ezechielis viſione:vbi de menſe quarto agitur quinta die menſis apud quos october primus erat menſium.

Ceterū preter p̄dictā variam anni inceptionē eſt annus emergens a quouis rei euentu.i.a quouis anni tp̄e vſualis incipiens:qualis inchoari ſolet in primordijs Regū ⁊ Jmꝑato rū. Ad hoc annos dn̄i dupliciter numeramus:aut ſm natiuitatē:aut ſm etatē:vnde cum chriſtus in fine anni nr̄i vſualis ſm Solē natus ſit:de primo ipſo anno natiuitatis tantū ſeptē dies habuit:Sed etatis ſue annus.12.menſium ſolariū.ſ.a.25.die menſis decembris vſqꝫ ad eundē diē reuoluto anno cōpletur in ſo anno natiuitatis. Et ita duos annos nati uitatis ſecundū Solē pene in primo etatis anno conſumauit. Et ſecūdus annus natiuita tis ille eſt qui ⁊ primus:vnde ſit vt anni dn̄ice natiuitatis ſm Solarē curſū ſūt quattuor ⁊ 30.ac pene cū dimidio:Jn quoꝝ trigeſimo ſm etatē:trigeſimoqꝫ primo ſm natiuitateꝫ baptizatus eſt. Quo āno cōputato cū vltimo pene dimidio verū fuit ꝙ xp̄s quattuor an nis p̄dicauit:vel ſaltē ſm Joānis euāgeliū trib⁹ ānis cū dimidio. Jn.30.aūt tertio etatis anno ⁊.34.natiuitatis ipſe xp̄s paſſus ē. Annus igitur.42.Jmperij Auguſti in quo nat⁹ eſt ipſe dn̄s ſicut a Martio in q̄ Julius occiſus ē:incepit:ita ⁊ deſinit. Jdeoqꝫ inqnit Dio nyſius. Jnitiū ipſius in anno tercio cēteſime nonageſimequarte olympiadis ſumit:⁊ ei⁹ ſi nēm in quarto anno eiuſdē olympiadis mēſe martio ꝯcludit. Et ideo diuina ſapia ibi ꝓ-

vidit ſuā natiuitatē: vbi greci annū cū olympiade incipiūt. Anni vero Regū ⁊ Impatoꝝ quoꝝū raro Initiū aut finis certus repitur difficile cū Olympiadibus aut cū anno dñi cō putāt: eo ꝙ initiū i priori anno finē vero i altero āno olympiadis frequēter hȝ. Cū igr̄ Julius Ceſar calendis martij iterfectus fuerit vnde Octauiani regnū numerat dñs in fine. 42. anni Octauiani incepit primū ſue natiuitatis annū. Et ſic annus. 43. Auguſti incipit ꝑ anno etatis dñi. 44. in ſecundo anno: ⁊. 45. in tertio. Et ſic de reliquis.

Annorum diuiſio.

Notandū quippe eſt ꝙ duplex ē ānus. ſ. vertēs ⁊ Magnus vertētē aūt olim Egyptij hūere bimeſtreni. Archades trimeſtrē. decē vero mēſiū i equaliū (vt dictū ē) veteres Rōani hūer ſub Romulo rege. Cui Numa pōpilius poſtea duos addidit: vt. 12. eſſȝ mēſiuȝ dieꝝ vero 354. qui antiquiſſimus fuit hebreoꝝ annus. Sane cum multas itercalatiōes annus talis exquireret ne ferie menſiū hyemales eē ꝯtingeret aut ſacra hyemalia efficerent eſtiua. Caius Julius ceſar ꝑdictus annū ad ſolis Curſuȝ equauit eūqȝ in ptes nouē ſbdiuiſit: vȝ mē ſes ſeptimanas Diē Quadrātē horā pūctū Momētū vnciā ⁊ athomū: Annū. n. in. 12. mē ſes ⁊. 50. ſeptimanas ac diē vnā Dieſqȝ. 365. cū quadrante conſtituit: eo ꝙ ꝓperiſſet hoc i ſpacio quadrātis ſolē fere zodiacū oēm circuiſſe. Et qm̄ quadrātē illū ſingulis ānis appo nere videbā difficile: vt quarto anno: annus ſemp eēt trecētoꝝ dieꝝ ⁊. 66. diē illā februario mēſi addens ⁊ in hac forma ne auctus videret: vt ſexto klēdas bis diceret. ſ. duob' diebus cōtinuis in quib' venire cōtingeret: ⁊ hic biſextus eēt. Menſi vero quattuor ſeptimanas: ⁊ paulo amplius cōſtituit. Septimane aūt dies ſeptē. Diei quattuor quadrātes. Quadrāti ſex horas: hore quattuor pūcta pucto decem momēta. Momēto. 12. vncias. Uncie 47. athomos. Athomū vero indiuiſibilē dixit. Menſis itaqȝ duodecima fere pars anni ſolaris eſt. Septimana quarta pars menſis. Dies nālis ſeptima ſeptimane pars dr̄. Quadrās diei nālis quarta pars ē: hora ſexta quadrātis pars: punctū quarta pars hore. Momentū decima pars pūcti: vncia duodecima momēti pars. Athomus vero eſt quadrageſimaſeptima pars vncie.

Annus aūt magn' ſm Ariſtotelē is eſt quē Sol ⁊ luna ceteriqȝ planete in eundē punctuȝ vnde iuncti oēs diſceſſerint inuicē redeūtes ꝑficiūt: vt ſi oēs ſunt in principio arietis ⁊ ide curſum ceperint: qñcumqȝ contingat eoſdem in principio arietis inuicē reperiri eo tūc annus magnus erit pfectus. Et hoc fieri diuerſimode putarūt antiqui: quia alij hūc annum confici ex annis vertētibus. 2484. Alij aūt ex. 5552. Alij aūt ex decēmilibus octingentis annis ⁊ plus ⁊ minus Quod credere rediculum eſt. Annū autē magnum mille annos nō excedere Joſephus in primo antiquitatum dixit.

Igitur ſicut greci ad victorie ſue gloriā a captiuitate Troie: ipſa annotare ceperūt. Et inde olympiadibus ceptis iuxta eaꝝ numerum ēt annotauerūt: Poſtea Romani florentes ab vrbe ꝯdita: Sic nos vltimo chriſtiani a natiuitate ſiue ab incarnatiōe chriſti annos annotare cōſueuimus. Quā ſane annotationē deinceps proſequemur: vt i libri margine explicabitur. Turci vero ⁊ Mauri alieqȝ Mahumetee nationes a Maumeto facere dicunt.

Prodigia in natiuitate xpi viſa.

Olei fons dño nato (vt Eutropi' alijqȝ multi teſtātur) Rome e Taberna meritoria i trāſtyberina regione ex terra p totā effluxit diē denūciās xpi grām oib' gentibus datā: Quo ēt die aureus circulus circa Solem apparuit. Tres ꝗȝ Soles viſi ſunt qui poſtea in vnum ſtatim fuerunt redacti. Romuli ꝗȝ Statua ⁊ Templum pacis corruere.

Archelaus magni herodis filius ſeptimo ⁊. 40. Imperij Auguſti anno Olympiade. ſ. 196. 5 5204
Judeis regnare cepit ⁊ regnauit i hieruſalē ānis. 9. Qui pr̄e ſblato ipſuȝ: vt dignū erat: regijs honorauit exequijs: quibus geſtis. Mox ad cōprimēdā ppl'i ſeditionē ꝯ eum excitatā nouē Judeoꝝ milia peremit. Ipſum aūt Ceſar Auguſtus ob pr̄is amorē cuȝ ceteris frib' atqȝ ſorore Solome ac Beronice eius filia quoadixit maxio ſemp ꝓſecutus fuit honore. Sed huic maxime ⁊ herodi Antipe Lyſie ꝗȝ ac philippo fratribus non feliciter ceſſit:

Nam cū oēs accuſati fuiſſent: Archelaus hic ipſe nono regni ſui anno ab Auguſto apud vienā Allobrogū ciuitatē relegatus fuit. Alij vero vix multo obſequio redditū impetrare potuerūt: ⁊ ſuā quiſq; tetrarchiā vltra iudeā ⁊ Celoſyriā vſq; i Babyloniā ⁊ Euphratis regionē obtinuerūt. Redactis vero in prouinciam Archelai finibus. Componius qui Cirini collega fuerat: eo ab Auguſto mittitur procurator: cui ſucceſſit Marcus: Marco aūt aminius ruffus ſucceſſit: quo prouinciam procurante Auguſtus mortem obijt.

5213 | 14 Herodes Antipas alius magni herodis filius hoc anno poſt Archelaū predictū frēm Galilee prefectus factus regnauit annis. 24. Nā Archelao e regno pulſo iudeorum regnum in quattuor Tetrarchias. i. partes diuiſum eſt. Et huic Gallilea obuenit: que eſt quarta regni pars: Hic namq;: vt Chriſoſtomus ſcribit: impijſſimus atq; crudeliſſimus fuit: quia in Ciues ſuos ſiccarius in nobiles latro: in ſocios populator: in domeſticos predo habebatur. Quippe plebis interemptor erat: filiorum occiſor: extraneorū homicida: propriorum paricida: vniuerſa nempe prophanauit: quia ſacerdotiū iudeorum omnino ſuſtulit: oēm legem ⁊ ordinē cōfudit: temerauit regnum corrupitq; quicquid erat religionis: quod legis ꝙ vite: ꝙ morū: ꝙ fidei: ꝙ deniq; diſcipline omnis perdidit atq; confudit. Nam cum philippi frīs ſui vxorē ꝯ legem duxiſſ; a diuo Joanne baptiſta cōmouetur illam dimittere: qui nō equo aīo tolerauit: ꝙ homo dei bene monebat: ſed illi repēdit mala pro bonis ⁊ cū illū occidere vellet timuit plebem: quia (ſicut euāgeliſta ait) ab oībus veluti verus propheta habebat: ſed illū cōprehēdēs poſuit in carcerem in caſtello Macharunta: ⁊ paulo ante mortē xp̄i: caput ei amputare fecit. Hic etiam Jeſum a pilato ſibi miſſum in hieruſalem ſuſcipiens illuſum tandē ad eundē remiſit: eo ꝙ interrogatus (vt lucas ſcribit) reſpondere noluiſſ; Tandem a Caio ceſare Romam citatus: ⁊ de multis conuictus apud lugdunum Galliarum vrbem relegatus: miſerabiliter vna cum herodiade adultera vitam finiuit. Filie aūt ipſius herodiadis que ſaltauerat Impune non ceſſit: quia dum ſuper glaciem ſuperambularet ab aquis profocata interijt. Tres autem herodes ſucceſſiue Infames fuiſſe ſcriptura cōmemorat. Primus Aſcalonita fuit qui pueros interfecit. Secūdus hic ipſe Tertius Agrippa Ariſtoboli filius qui Jacobum occidit ⁊ petrum incarcerauit. De quibus hi extant verſus.

Aſcalonita pueros necat. antipa Joannem.
Agrippa Jacobum: claudit incarcere petrum.

Tyberius tertius Romanorum Imperator anno p̄ centeſimo nonageſimeoctaue Olym- *Tyberius*

5214 | 15 piadis Imperiū ſuſcipiēs. Imperauit annis. 23. ⁊ aliquot diebus. Hic nāq; Liuie Auguſti vxoris filius: ⁊ ipſius Auguſti priuignus ac gener: necnō ⁊ heres fuit: vir quidē multe litterature ⁊ eloquentie grauiſſimus: quē certe nec inter bonos principes neq; inter malos oīo annumerare poſſumus: Hūc aūt cum Auguſtus adoptaſſet in filium mox magno exercitu cōparato contra vindelicos miſit: qui eos prelio ſupauit ac vna cū eis qui Thraciarum ꝯfines erant Romanas ꝓuincias fecit. Indeq; haud multo poſt de ipſis vindelicijs: Rhetijs Armenis ac panonijs triūphauit: poſtmodū etiā Dalmatas ⁊ Sarmatas in Romanam redegit poteſtatē: poſtremo vniuerſa Germania vaſtata Imperator appellatus ē: vbi ⁊ nonnullas ꝯdens ciuitates ex ſuo noīe Agripinas appellauit Factus deniq; omniū monarcha: bella p ſe nūꝙ ſed p legatos geſſit. Hunc vero Oroſius ⁊ Suetonius ingenij peſſimi ac ſedictioſi fuiſſe tradunt ſimulans ſe velle quod nollet: vnde (ſicut Euſebius ſcribit) multos reges ad ſe blanditijs pellexit: quos nūꝙ remittere voluit. In quibus Archelaum capadocē cuius ēt regnū in ꝓuinciā vertit: ⁊ Mazacham eius nobiliſſimā Ciuitatē Ceſareā appellari iuſſit. Tumultus tñ in vrbe exortos prudēter ſuppreſſit in quibus multos ſenatores ꝓſcripſit: quoſdā ēt interfecit. C. Aſinū gallū magnū oratorē exquiſitis ſupplicijs interfecit: vocienū ꝗ Montanū narbonēſem celeberrimum oratorem in Balearibus relegauit vbi ⁊ vita defunctus eſt. Druſum ēt ipſius frēm (vt nōnulli tradunt) veneno ſuſtulit. Uerumtamen tante fuit in Jubendo modeſtie: vt cū ei ſuaderet: ꝙ tributa prouincijs

Augeret: reſpondiſſe dicat. Boni paſtoris eſſe pecus tondere non deglutire. Tandem cum
Germanicū Druſij fr̄is filium: qui de parthis clarum egerat triumphum poſt prēm etiā
veneno interemiſſet: ⁊ ipſo non multo poſt anno vite ſue octogeſimonono in Campania
veneno epoto interijt.

Ualerius Romanus ex Illuſtri Gracoꝝ familia natus vir quidem illuſtriſſimus anno p̄
Imperij Tyberij ceſaris: ab ipſo Tyberio procurator poſt Annium ruffum in Judeam 16
mittitur: ⁊ regnauit annis. 9. Qui magiſtratu ſuſcepto primus apud Judeos pontificatū
vendere cepit: ⁊ quoad prefuit mltos pontifices (vt Joſephus refert) ſucceſſiue in hieruſalē
poſuit ⁊ amouit. Et primo quidem Amanum a ſacerdotio amouens hiſmaelum Jabi
cuiuſdam filium pontificem deſignauit: ſed ⁊ hunc non multo poſt abiciens Eleazarū
Anue pontificis filium ſacerdotio ſubrogauit: Poſt annum vero etiam hunc ab officio
remouens. Symoni cuidam Cemithi filio: miniſterium pōtificatus tribuit. Sed nō am-
plius ⁊ ipſe quam vnius anni ſpacio eſt perfunctus pontificatu. Quo ammoto: tandem
Caypham pontificem maximum conſtituit: virum arrogantem ⁊ aliene infelicitatis inui-
dum. Cuius ſuaſione (vt ſacra Euangelij habet hiſtoria) Chriſtus dominus noſter morti
traditus eſt.

Pilatus natione Gallus ex lugduno vrbe natus vir ſane callidus ⁊ facinoroſus ac probris 25
oībus contaminatus: hoc anno: qui eſt. 13. Imperij Tyberij Ceſaris Ualerio gracco pre-
dicto abrogato Judee procurator a Ceſare deſignatus: prefuit annis. 10. Qui magiſtratu
ſuſcepto confeſtim ſua caliditate: ſuoq; ingenio etiam Judeoꝝ veſaniam ſuppreſſit: Quo
rum poſtmodū ſuggeſtione dn̄m nr̄m Jeſum xp̄m cruci affixit: in qua ⁊ defecit: poſtea ſi-
bi timens. De eius doctrina morteq; ac religione Tyberiū Imperatorē admonere quā ci
tius curauit: ꝓpter qḋ idē Tyberius ipſū xp̄m in deos referendū ac tēplo cenſuit hono-
randū. Sed Senatus id fieri vetuit: q2 nō ad ſe prius: ſed ad Tyberiū ſcripſiſſ; Pilatus.
Qui tn̄ ꝑ tanto ſcelere penas dedit cōdignas. Nā ꝓpter Judeoꝝ accuſationes ab officio
amot⁹ apud lugdunū ortus ſui ciuitatē ꝑpetuo exilio in obprobriū gētis ſue relegat⁹ fuit:
Vbi ⁊ maximis vexatus iniurijs ſemetipſum (vt ſcribit Euſebi⁹) interfecit. Licet ſint qui di
cant: eū ſceleris penituiſſe: veniamq; a dn̄o ꝓmeruiſſe: Hic nāq; (vt quidā aiunt) cuiuſdā
regis ex pellice filius fuit: qui ēt ab adoleſcentia Germanū propriū interfecit: francorūq;
regis legatū apud Romā inſidioſe peremit: atq; alia homicidia perpetrauit: Procurator
deniq; Judee conſtitutus oīa ibidē prophanauit: ⁊ iuxta Danielis prophetiā de Templo
dn̄i ſacrificia ac libamina abſtulit ⁊ deſolatiōis abominationē in eo poſuit. Que quidem
abominatio: ex hieronymi ſentētia: ad Imaginē ceſaris referri pōt: quā reclamātibus Ju
deis ipſe furtim i tēplo poſuit ⁊ eā ꝑ deo adorari p̄cepit: qḋ hac potiſſimū de cā feciſſe di
citur: vt Auguſti beniuolētiā ſibi comparare poſſ;: ꝑ qua verſutia: herodis Tetrarchiā
vſurpare intēdebat: S; herodes cognita hoīs fraude: magnā inimicitiā cū indignatione
aduerſus eū ſuſcepit: S; adueniente xp̄i paſſione: vt Euangeliſta ait: facti fuerunt amici:
cū antea eamobrem adinuicem fuiſſent inimici.

Phariſeorū ſecta ſeu religio que tp̄ibus philadelphi ſurrexerat: tempeſtate hac ob ſancti
tatis oſtentationē in hieruſalem maximo in p̄cio: vt ex euangelij hiſtoria elicere poſſum⁹:
apud Judeos habita eſt. Qui ideo phariſei dicebant: quia a ceteris habitu conuerſatio- 29
neq; diuiſi erant. Nā vt Joſephus in. 2. de bello Judaico habet: cultu auſteriore: ⁊ victu
parciſſimo vtebant. Statutiſq; ſuis Moſaycas traditiones determinātes pictatia cartha
rū in fronte: ⁊ i ſiniſtro brachio de cathologo inſcripta que philateria dicebantur in legis
memoriā gerebāt. Fimbrias quippe amplas ſpinis alligatas quibus incedendo pungerent
deferebant. Maioribus ſuis nūq̄ contrarium reſpondebant: ⁊ mortuorum reſurectionē
ſperabant ⁊ predicabant: hi namq; chriſto domino noſtro plurimū aduerſabant: ⁊ mor-
tis eius conſcij fuerunt.

Saduceoꝝ vero alia ſupererat ſecta in Judea: ſed non eiuſdē religiōis ⁊ p̄cij cū phariſeis:

Hi Saducei corporū resurectionē ⁊ angelos eſſe negabant: ac aīas cū corporibus interi re putabant, vt pꝫ Actuū. 23. Et quia nimiū ſeueri erant nec inter ſe ſociales Saduceos ſe.i. iuſtos eſſe nūcupabant.

30 Eſſeoꝝ ꝗꝫ alia ibidē vigebat ſecta atqꝫ religio qui (ſicut Joſephus vbi ſupra tradit) mona ſticā in oībus agebant vitā: voluptatē. ſ. vt maleficiū vitantes diuitiaſqꝫ oēs cōtemnentes vnguenta nō curantes ac veſtes ⁊ calciamenta niſi conciſa aut omnino ꝯſumpta nō mutā tes. Hi quippe hoſpitalitatē ſūmo ſtudio exhibebāt: ⁊ eis vnicū erat pulmētū. Cibū ſem per orōne ꝓueniebant ⁊ ſequebant. Tumultus aut clamor in eoꝝ hoſpicijs nuſꝗ̄ audie bat Sꝫ ſūmū ſilentiū ſeruabant. Et quāꝗ̄ indignētibus libere ſubuenirent cognatꝭ tamen quicꝗ̄ dare ſine cōis diſpenſatoris diſpoſitione: non p̄ſumebant. Omē qḋ dicebant iura mento fortius exiſtimabant: Juramentū aūt quaſi periuriū reputabāt. Qui poſt anni ꝓ bationē iter eos admittebant: compellebanturqꝫ iurare ꝙ deo fidē hoibus iuſticiā: ⁊ prin cipibus obedientiā ſeruarent: Et ſi contingeret ipſos aliqn̄ preeſſe: nūꝗ̄ abuterent virib⁹ poteſtatis ad Iniuriā ſubditoꝝ: ſed mentientes ꝓ poſſe ꝯuincerent. Ad eorū aūt iudiciū nō minusꝗ̄ centū pſone ꝓueniebant: quoꝝ decreta poſtea imobilia erāt. Sabbatū a deo ſāctificatū ſeruabant: vt nec cibū illo die pararent: nec ignē accenderēt: nec aliquod vas trāſ portarēt aut quaſi aluū purgarent. Ceteris aūt diebus cū dolabro i terrā fodiētes: demiſ ſa circūquaqꝫ veſte ſe contegebant qn̄ aluū purgabāt ne radio ſolari Iniuriam facere vi derent: purgato ꝗꝫ aluo terrā egeſtā ſuper foueā reducebant hec Joſephus. Hos eſſenos ſeu eſſeos propter Manaemū quendā inter eos virū ſanctū: herodes Antipas duꝫ vix̄ꝫ honorauit. Nec inhoneſtus ſermo de his in hiſtorijs vnꝗ̄ habitus eſt.

Septuaginta diſcipuloꝝ xp̄i electio vel deſcriptio.

32 Dn̄s noſter Jeſus xp̄s anno etatis ſue. 32. poſtꝗ̄ Joānes baptiſta decollat⁹ fuit preter duo decim apl̄os ēt alios duos ⁊ ſeptuaginta deſignauit diſcipulos quos oēs ante facieꝫ ſuā in omnē locū ⁊ Ciuitatē qua erat ipſe venturus deſtinauit. Quorū quidē nomina: vt diuus hiero. ad Damaſum ſcribit: hec ipſa ſunt. Matthias primus qui cum vndecim apoſtolis poſtea cōnumeratus eſt: vt pꝫ Actuum. 2° .ca. Secūdus Joſephus fuit qui vocatur Barſa bas: qui vt idem habet liber Juſtus appellatus eſt. Tertius Joſeph ab Aramatia: qui petijt a pilato corpus Jeſu. Qartus Marcus euangeliſta petri in baptiſmo filius Quin tus Barnabas Marci euangeliſte nepos. Sextus Lucas euangeliſta. Septimus Cleo phas qui vidit dominū quando ibat. Emaus Octauus Seneca phus cuius epl̄e ad pau lum apl̄m extant: Nonus Symon qui vocat niger. Decimus Lucius Cyreneſis: Undeci mus Manahen: qui collectaneus fuit herodis tetrarche. Duodecimus Soſthenes qui in prima pauli epl̄a ad corynthios legit. Tertiuſdecimus Cephas cui paulus in faciē reſtitit Non.n. fuit petrus: ſicut Euſebius in hiſtoria Eccleſiaſtica tradit. Quartuſdecimus Tha deus nō apl̄us qui Abagarū regem ſanauit. Quintuſdecimus hermas quē in epiſtola ad Ro paulus ſalutat. Sextuſdecimus Andronicus: ⁊ hunc idem ſalutat Decimuſſeptimus Jonias: Amplias. 18. Urbanus. 19. Uigeſimus herodion: ⁊ hos omnes paulus ſalutat. Aſineretus. 21. Jaſon. 22. de quo loquitur paulus ante ſe fuiſſe in chriſto. Stephanus pro thomartir. 23. philippus Diaconus. 24. procorus. 25. Nicanor. 26. Timon. 27. parmenas 28. Nicholaus aduena. 29. Trigeſimus Judas: ⁊ Sylla. 31. hi duo cū paulo i Antiochiaꝫ miſſi fuerunt. 32. Siluanus: qui fuit cū paulo: ⁊ Theſalonicenſibus ſcripſit. Simon Cleo phe filius. 33. Naaſon Ciprius āntiquus diſcipulus. 34. Trigeſimuſquintus Agabus pro pheta: qui pauli zonam tulit: Jgnatius epiſcopus. 36. Trigeſimuſſeptimus Ananias: qui paulū apoſtolū baptizauit Ruffus. 38. Alexander. 39. Quadrageſimus Symon Cyrenē ſis qui crucē portauit poſt Jeſum. Quadrageſimuſprimus fuit Nathanael a Cana galli lee: qui dixit: a Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. 42. Nichodemus publicanorū pricepe qui nocte venit ad Jeſū: ⁊ ei⁹ quattuor frēs vꝫ Symon: Judas: Jacobus: ⁊ ſymeon Qua drageſimuſſeptim⁹ ſymon Coriarius apud quē hoſpitatus ē petrus apoſtolus. 48. Bar

nabas alter a nepote Marci: qui poſt pauli necē vinctus Romā ductus eſt: ⁊ ibidē defūc
tus. 49. Joannes quē prēm vocabāt: Quinquageſimus Barnabas ē alius fuit: Similis
Stephanus alius: ⁊ ſex eius frēs qui cum petro Abierūt Ceſarea ad Jopen: vꝫ Cariſius
Milchus Gaius Aquila. Flegatus ⁊ hermas: qui ſimul cū cherintho trangreſſi ſunt. Et
cū eodem Cherintho hereſiarcha alij duodecim quoꝛum noīa iſta referuntur.
Helion Appelion ꝓbatiſſimꝰ Simeō Leui Marcobas Cleon Eumanes Cādarus Cleon
alius Dimas: ⁊ Narciſus. 12. hi ſunt de quibus Joānes Euangeliſta ait: exierūt ex nobis
Sed nō erāt ex nobis. Quos ēt paulus falſos apl̄os: ⁊ operarios iniquitatis appellat: hi
quippe: vt idem apl̄us ait retroꝛſum abierūt. Quibus a veritate diſcedentibus: apl̄i. 12. a-
lios delegerūt diſcipulos ne. ſ. diſcipuloꝝ coꝛrūperet numerus: ſicut ⁊ in locum Jude ſca
riothis ſurrogatus eſt Mathias: Et hec eoꝛū ſūt noīa vꝫ: Adepelles ⁊ penetus Joannes
qui dr̄ Juſtus: Sthachis: Pompilius. Ariſtobolus: Stephanus ex Coꝛintho: Lympas:
herodion Narciſi filius: Ruffus a deo electus: Titus philemon Ariſtarchus quē palus in
epl̄is concaptiuū frequenter appellat. Et hec ex hieronymi ſcripto ſumpta.

Schola chꝛiſtianoꝛum hic incipit.

Apoſtoli itaqꝫ ⁊ diſcipuli oēs poſt aſcenſionē dn̄i (ſicut luchas in actus apl̄oꝛū meminit) a
monte oliueti regreſſi ſtatim venerūt hieroſolimā ⁊ aſcenderūt in cenaculū vbi manebāt 34
petrus ⁊ Joānes: Jacobus ⁊ Andreas: philippus ⁊ Thomas Bartholameꝰ ⁊ Mattheꝰ
Jacobus alphei: ⁊ Symon zelotes ac Judas Jacobi: hi nāqꝫ in oꝛatiōe humanitate pſe-
uerantes cū mulieribus ⁊ Maria matre Jeſu ac fribus eius Scholā oiuꝫ virtutū pfectiꝫ
cōſtituerunt meditantes. ſ. in lege dn̄i ac mandatoꝝ eius die ac nocte donec induerentur
virtute ex alto. Tumqꝫ dn̄m nr̄m Jeſum xp̄m: Oꝛare pꝛimū ceperunt: cū quo dudū con
uerſantes virtutibus illius ac miraculis paſcebantur. Eo itaqꝫ loci nihil heſitantes in oꝛa
tione pſeuerarūt donec duodecimam poſt diē acceperūt munera ſpūs ſcti ꝓmiſſa q̄ poſce
bant. Quibus muneribus imbuti oīa que de xp̄o per pꝛophetas ſcripta fuerant ꝓtinus
intellexerūt. Cōmuniqꝫ decreto Symbolū edentes noſtre fidei fundamenta iecere. Et pe
trus quidē apl̄oꝝ pꝛinceps iuxta hieremie pꝛophetiā ca. 2. ⁊ Jſaye. 45. atqꝫ pſalmiſte di-
xit. Credo i vnū deū prēm oipotētē creatoꝛē celi ⁊ terre. Andreas vero i Abachuch ver
bo ſubdidit: Et in Jeſum xp̄m filiū eius vnicū dn̄m nr̄m: Cui ⁊ Joānes adiecit. Qui cō
ceptus ē de ſpiritu ſancto ex Maria virgine: hoc quippe Jſaias p̄dixerat. Ecce inquit vir
go cōcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit nomē eius hemanuel: ⁊ hieremias. Mulier circuada-
bit virū: Jacobus vero ēt yſaie pꝛophetie affirmans dixit: Paſſus ſub pontio pilato cruci
fixus moꝛtuus eſt ⁊ ſepultus. Thomas deinde Oſee pꝛephetiā conteſtās ait. Deſcēdit ad
inferos tertia die reſurexit a moꝛtuis. Poſtea iacobus maioꝛ pꝛotulit. Aſcendit ad celos
ſedet ad dexterā dei patris oipotentis. Philippus ꝙꝫ mox adijciens inquit. Jnde vēturus
eſt iudicare viuos ⁊ moꝛtuos. Bartholameus poſtmodū cecinit dicens. Credo in ſpirituꝫ
ſanctū. Cui Matheus ſbiecit. Sanctā ecclesiā catholicā. Symon vero ⁊ iudas atqꝫ Ma
thias deniqꝫ reliquū pfecerūt dicentes. Sanctoꝝ cōmunionē: Carnis reſurectionem: Et
vitam eternā amen. Symboloqꝫ pfecto apoſtoli multa conſtituere de oī eccleſia: q̄ tū legi
cepta ſunt: inde diuino cultu intenti iacobū frēm dn̄i hieroſolimoꝝ pontificē cōſtituerūt:
virū vtiqꝫ a natiuitate ſanctiſſimū. Quo oꝛdinato ab oībus vt verus ep̄us conſalutatus
eſt. Qui aſtantibus cunctis ⁊ beata Maria mr̄e domini pꝛimū Miſſam ſimplici modo
celebꝛare cepit: dicendo tm̄ pr̄ nr̄: hac quippe rōne (vt lucas ſcribit) chꝛiſtiana reſpu. viro
rū. ſ. ⁊ mulierū multū creſcere cepit: Pꝛopter qͦ petrus apl̄us bonis inſtitutis moꝛibuſqꝫ
dei hāc eccleſiā coofirmaturus: ne verbū dei p̄termitteret: ſeptē Diaconos delegit. vꝫ Ste
phanum philippū Pꝛocerū. Nicanoꝛē. Tymonē Parmenā: ⁊ Nicholaum Antiochenū
aduenā qui in veritate dei nō manſit. Hos aūt apl̄i oꝛdinauerunt Diaconos viros vtiqꝫ
optimos quibus oimodā huiuſmodi ſchole curam tradiderūt. illi aūt: q̄ ad viros chꝛiſti
miniſtros ꝑtinebāt peragere ceperūt Docere. ſ. monere caſtigare elymoſinaſue. vbi opus

erat:facere:eo maxime quia apoſtoloꝝ ipſoꝝ conſtitutū fuit:ne quis ea in Schola ꝓpꝛiū quid haberet. Quicquid.n.ante pedes apłoꝝ ob religionē ponebat:id totū vel partiebā tur iter ſe ad neceſſitatē:vel pauperibus erogabāt. Cūqꝫ xpi Scholam ſic pꝛo tpꝛe optie apłi cōſtituiſſent. Totū oꝛbē p pꝛouincias iter ſe partiti ſunt. Et Thomas quidē parthos ſoꝛtitus eſt:Mattheus Ethyopiā. Bartholome⁹ citerioꝛē Indiā. Andreas Scythiā: Joā nes poſt moꝛtē virginis Marie Aſiā:Petro aūt:pontus. Gallatia Bithinia Capadotia ⁊ Jtalia obtigit. De quibus oībus ſingulatim mox dicemus. Et hoc chꝛiſtiane Schole ſeu religionis pꝛincipium fuit. Diacones pꝛimi ſeptem.

Stephanus pꝛothomartir natione hieroſolimitanus e ſeptem diaconibus pꝛimus:hoc an no ob ſanctitatē ⁊ moꝛū diſciplinā pꝛimū. Diaconus ab apłis electus:ſigna ⁊ ꝓdigia mul ta(vt lucas ſcribit)in Judeoꝝ populo ad coꝛoboꝛationē fidei chꝛiſtiane facere cepit. Con tra quē nonnulli Judeoꝝ inſurexere:ſed nequaqꝫ ſapiētie ⁊ ſpiritui eius(diſputādo)nequi uerunt reſiſtere:eo ꝙ intuentes vultū eius videretur vultus angeli ſtantis iter illos. Quo rum erroꝛes cū cōfutaſſet:indignati Judei ipſuꝫ extra Ciuitatē eiciētes lapidibus pereme runt. Dumqꝫ lapidaretur:genua poſuit:⁊ ſuſpiciēs in celū:vidit illū apertū:⁊ vidēs Jeſuꝫ pꝛo lapidātibus obnixe oꝛauit:ne ſuā moꝛtē illis ſtatueret in ſuppliciū. Qua oꝛone cōple ta mox obdoꝛmiuit in pace:⁊ pꝛothomartir chꝛiſti habitus eſt:quia hoc eodē anno quo ⁊ chꝛiſtus dñs nr̄:⁊ ipſe paſſus eſt. Eius autē venerabile coꝛpus: cum vſqꝫ ad Martiani pꝛincipis tpꝛa oculatū fuiſſet:diuina reuelatiōe a beato luciano pꝛ̄ſbitero reptum fuit:⁊ dignioꝛi loco conditū. Eius vero feſtiuitas poſt dñi ſui natiuitatē imediate celebꝛatur.

Philippus aūt ſecundus Diaconus:⁊ ipſe ſpiritu ſancto Jlluſtratus. Ceſareā veniēs:ibidē multis ſignis atqꝫ virtutibus inclitus fuit. Ubi cum multos baptizaſſet:etiam Simoneꝫ magnū Samaritanū ſimulantem baptizauit. Hunc namqꝫ virum optimum atqꝫ ſanctiſ ſimum fuiſſe cōnſtat nihilqꝫ ꝑtermiſiſſe:quo ad augendā chꝛiſti eccleſiā pertineret. Tres quippe filias habuit pꝛophetie ſpiritu plenas. Obijt deniqꝫ i ceſarea Neronis tpꝛe:⁊ ab oībus vt ſanctus habitus eſt:Cuius dici feſtum octauo Jdus iunij celebꝛatur: Jn eius qꝫ ſepulchꝛo tres eius filie tumulate ſunt.

Pꝛocoꝛus tertius Diaconoꝝ:et ipſe p hoc tēpus apud Antiochiā Dei eccleſiā nup ab apo ſtolis excitatā:fide ⁊ induſtria quoad fieri potuit auxit:atqꝫ ſuſtentauit:vbi cū martirio coꝛonatus fuiſſet:eius feſtiuitas quarto Jdus apꝛilis celebꝛari cepta fuit.

Nicanoꝛ qꝫ quartus Diaconus cuꝫ hieroſolimis gratia fidei ⁊ virtute vſqꝫ ad tpꝛa veſpa ſiani admirandus fuiſſet:ibidē eo regnante veſpaſiano martyriū pꝛo domino ſuſcepit. Et ipſius feſtiuitas quarto Jdus Januarij celebꝛatur.

Tymon.5. Diaconus poſt apłos pꝛimū apud Beroam doctoꝛ reſedit:deinde dñi verbum diſſeminās Coꝛynthū ꝑuenit:vbi a Judeis ⁊ Grecis(vt ſcribit)ꝑ flāmis iniect⁹:ſꝫ nihil le ſus demū cruci affixus martyrij coꝛonā.13.kalēdas maij accepit:q̄ die eius feſtū celebꝛat.

Parmenas ſextus Diaconus:⁊ ipſe a frībus dei gr̄e philippis miſſus:ibi iniūctū ꝑdicatiōis officiū plena fide conſumauit:vbi ⁊ tandē Traiani tempoꝛibus martyrij gloꝛiā adeptus eſt:Unde ob id eius feſtiuitas.x.calendas febꝛuarij celebꝛatur.

Nicholaus vero aduena.7.Diaconus:in fide nō permanſit:ſed cū haberet vxoꝛē pulchꝛā (vt Euſebius in.2°.hiſto.eccleſiaſtice refert)paſſim expoſuit eo ꝙ tāqꝫ zelotipus ab apo ſtolis increparetur. Qui indignans in medium pꝛoduxit ⁊ eam volētibus pꝛoſtituit:qua ꝫ nonnulli illicitis ⁊ pꝛomiſcuis abuſi ſunt cōcubitibus. Qđ quidē pꝛobꝛū Nicholaū nō ex voluptate:ſed ad zelotippie ꝯtemptū feciſſe tradūt:Ut cumqꝫ conſtat Nicholaitarum hereſim ab eo pꝛincipium ſumpſiſſe.

Joſeph ab Arimathia ciuitate cognomēto Juſtus:qui a pilato pꝛ̄ſide coꝛpus Jeſu xpi mul tis ꝓcib⁹ obtinuerat ſepultureqꝫ mādauerat:vnus ex.72.diſcipulis:tēpeſtate hac ab apo ſtolis ad ꝓdicādū xpi euāgeliū in Judeā miſſus:ibidē officio iniuncto ſtrenue inſeruiens multas ꝓ xpo ptulit ꝑſecutiones in quibus tandē victoꝛioſiſſimo quieuit fine. Et iter ce

tera: fertur ꝙ venenū biberit: ſ ꝫ ꝓpter fidē nihil ex eo triſte ꝑtulit. Cūqꝫ ob eximias eius virtutes ſanctus habitus ſit eius feſtum. 13. calēdas Auguſti celebratur.

Nicodemus aūt Gamalielis nepos ⁊ phariſeoꝝ religionis princeps: xp̄iqꝫ diſcipulus: ꝗ (vt Joānes. 3. ca. hꝫ) ad xp̄ꝫ nocte venerat a quo ⁊ inſtructus fuerat: ꝙ ſi ſaluari volebat oportebat eū ex aqua ⁊ ſpiritu renaſci: hiſdē tp̄ribus apud hieroſolimaꝫ maximo in ꝑcio (ob eius doctrinā) habitus ē. Cuius opera ⁊ exēplo: magna phariſeorū pars poſtea ad xp̄i fidē cōuerſa ē. Hic cū incōparabilis ingenij vir eēt: ⁊ xp̄m dn̄m nr̄ꝫ e ligno crucis depoſuiſſet: ſepultureqꝫ tradidiſſꝫ: clauos ⁊ lāceā ⁊ linteamina ac queqꝫ paſſionis īſtrumēta: ſūma cū diligētia ſibi tāꝙ theſaurum permaximū reſeruauit que oīa cū xp̄i Imaginē ad ſimilitudinē in lintiamine ſepulchri īpreſſam e ligno effigurāſſet: ī eius medio: cū quadā ampula ipſius xp̄i ſanguine plena ad futurā rei memoriā incluſit: preuidēſqꝫ futuram hieroſolimoꝝ euerſionē. Imaginē ipſam in Gallileā tranſtulit. Quam deniqꝫ poſt multos ānos: quidā alpinus noīe. Ep̄s: vir religioſiſſimus: in Naui ad hoc fabrefacta cōpoſuit: ⁊ mari ſine vllo cuſtode cū multis luminaribus credidit. Que diuino diſponēte cōſilio: poſtmōꝫ anno ſalutis nr̄e. 740. ad lunēſem portū deuenit. Ibidēqꝫ ea exiſtēte Angelus quēdā lucenſem ep̄m noīe Joannē virū ſanctum per quietem admonuit: vt eo concitus cū clero ⁊ populo properaret Qui veniens: Nauim vt premonitus fuerat inuenit: ⁊ Imaginē vultu terribilē a Nichodemo effiguratā: cū ampula ⁊ luminaribus adhuc accenſis e Naui eduxit. Qui ampulam ſanguine plenā lunenſi ep̄o relinquens: Imaginē ipſam Curru ſplēdidiſſimo vectam: Lucā cū magna veneratiōe ⁊ gaudio perduxit quā ⁊ diui Martini templo celebri collocauit: vbi ⁊ nunc vſqꝫ crebris miraculis inuiſitur.

Veronica mulier hieroſolimitana: xp̄i diſcipula: matrona ſiquidem ſanctitate ac pudicitia inſignita: his tp̄ribus a Tyberio Ceſare: ꝑ voluſianū neceſſariū ſuū virum ſtrenuū e hieroſolima cū Sudario xp̄i Romā accerſitur. Detinebatur quippe idē Ceſar magno infirmitatis morbo: qui cū primū mulierē ſanctā ſuſcepiſſet ⁊ xp̄i imaginē cōtigiſſꝫ ab oī infirmitate curatus ē. Ob quod miraculū ipſa veronica ab ipſo ceſare magno ī precio deinceps habita eſt. Ibidē enī vſqꝫ ad mortē: cū petro ⁊ paulo apoſtolis atqꝫ Clemente pontifice Eccleſiam dei conſtituens perſeuerauit. Hec ipſa eſt: quā dn̄s a ſanguinis fluxu fatigatā (vt ſacra euangelij hꝫ hiſtoria) veſtimēti eius fimbriam tangendo ſanauerat: a quo etiā paſſionis eius tp̄e eadem Imagine vultus ſui in ſignū amoris donata fuit. Ipſa aūt Imago panniculo ſic Impreſſa Clementi pontifici ⁊ ſucceſſoribus eius ab eadē ex teſtāmento declarata: nūc vſqꝫ ibidē in beati petri templo a chriſti fidelibus maxima cum religione inuiſitur. Quam ⁊ multi per tēpora: exquiſitis celebrauere laudibus. Inter quas illa ſingularis habetur: que incipit. Salue ſancta facies noſtri redemptoris. In qua nitet ſpecies diuini ſplēdoris: Impreſſa panniculo niuei candoris. Dataqꝫ Veronice ob ſignuꝫ amoris ⁊c̄.

Jacobus apoſtolꝰ cognomīto iuſtus domini (ex ſorore Marie matris eius eius) frater: hoc 34 5233
anno poſt aſcenſionē dn̄i ab apoſtolis hieroſolimitane eccleſie primus ep̄us ordinatus: ſedit annis. 30. Vir certe ēt ab ipſo matris vtero ſanctus: qui vinū ⁊ ſicerā nūꝙ bibit: nec carnē mādueauit nec balneo aut vnguento vſus eſt: veſtimētiſqꝫ tantūmodo lineis ⁊ candidis induebatur: ⁊ ſolus ſanctaſanctorum ingrediebaẗ: ⁊ ita aſſidue pro ſalute ppl̄i flexis genibus orabat: vt eius genua Camelloꝝ more occultarētur. Hunc itaqꝫ Annanus pōtifex Judeoꝝ recedente Feſto ex Judea ipſius prouincie gubernatore cōprehēdit: ⁊ xp̄ꝫ negare facere annixus ē: qui cū id facere recuſaret: eū lapidibus obrui precepit. Dū autē ꝑ preceps de tēpli pinna deijceretur: cōfeſtim in terrā colliſus: ꝓ vt potuit manus ad celum tetendit ⁊ ꝓ perſecutoribus orauit. Quo adhuc ſpirante fulonis fuſte in capite ꝑcuſſus expirauit. Joſephus aut em in vltimo antiquitatū libro dicit hūc tante fuiſſe ſanctitatis ꝙ propter eius necem oībus creditū fuit hieroſolimā fuiſſe euerſam. Huic aūt poſt reſurrectionē dn̄s ipſe apparuit: eiqꝫ panem benedicens ac frangens dixit. Mi frater comede

panē tuū:quia a mortuis filius hoīs reſurexit:Hic(vt Gratianus in canone de conſe.di. prima refert)miſſam:pater noſter tantūmodo dicendo apud hieroſolimā primus conſecrauit:licet ſint qui petro apoſtolo hoc primū aſcribere velint:⁊ hunc Jacobū myſteria auxiſſe. Nuda eni primo erant hec oia ⁊ ſimpliciter tractabant. Sixtus primus pontifex deinde in celebratione:⁊ ipſe hec auxit:atq; mandauit:vt Sanctus ſanctus ſanctus dn̄s deus ſabaoth caneret:poſtea Baſilius doctor hoc myſteriū auxit:⁊ alij plurimi ſūmi pō tifices auxere:Nā Celeſtius primus Miſſe Introitum dedit. Gregorius magnus Kyrieleiſon. Gl'ia vero inexcelſis deo Thelephorus pontifex licet alij id Sirico aſcribāt Collationes vero ⁊ Gradualia atq; prefationes Gelaſius primus ordinauit. Epiſtolā ⁊ Euāgelium diuus hiero. Alleluia aūt hieroſolimitana eccleſia ſumptū fuiſſe tradunt. Symbolū q̄ in Niceno Concilio ſtatutum fuit. Cōmemorationem mortuoꝝ pelagius ex Gallijs accepit. Agnus dei Sergius dici mandauit. Oſculum pacis dari Innocētius iſtituit. Aſpſionem aque in principio miſſe Alexāder ordinauit. Et ībus leo tertius de quibus locis ſuis dicemus.

Uiri diſciplinis excellentes.

Xenarchus philus peripateticus:vir memorabilis quē Strabo admodū Juuenis audiuerat huius Tyberij tp̄ribus apud Seleutiā Cilicie vrbē diem obijt. Hunc vero non diu domi manſiſſe dicut:ſed aut Alexandrie:aut Athenis Romeq; docendi cā electus vſq; ad ſenectutem magno i honore ſemper habitus fuit. Arij poſtea:dehinc Augusti Ceſaris Amicitia vſus eſt. Sed paulo ante hec tempora ante q̄ mortem obiret viſum amiſit.

Diodorus orator Aſianus Strabonis amicus tempeſtate hac claruit:hic ex Sardis oriūdus hiſtorias ⁊ poemata multa conſcripſit:que;etiam antiquis non cederēt poematibus.

Caſſius Seuerus orator peregregius qui poſtq̄ in exilium pulſus fuerat Quintilianum illud prouerbium luſerat hiſdem tp̄ribus ſecundum Euſebium.25°.exilij ſui anno in ſumma inopia moritur adeo vt vix panno eius verenda contegerentur.

Uocienus montanus Narbonenſis orator per hoc tempus In inſulis Balearibus q̄ ſunt in hyſpanico mari ( ibidem a Tyberio ceſare relegatus ) moritur:Uir ſane in omni doctrina ſcientiſſimus:qui ⁊ multa ſcripto mandauit. In his autem Balearibus Inſulis primum fundarum vſus ( vt virgilius ait )inuentus fuit.

Philo deus natione Alexandrinus vir quidez diſertiſſimus per hec tempora in p̄cio multo fuit ⁊ multa eleganter grauiterq; ꝯſcripſit:qui ſua doctrina eloquentiaq; Apionis grāmatici temeritatē contra Judeos ab Alexandrinis miſſam:compeſcuit. Quamobrē multi eloquentiam eius admirantes dixerunt. Aut philo platonem ſequitur:aut plato philonem. Hic Romam deniq; veniens:cum petro apoſtolo conuerſationem habere cepit:a q̄ de fide optime edoctus:multa de laudibus chriſtiane religiōis poſtea ſcripſit que (vt diuus teſtatur hieronymus ) inter eccleſiaſticos computantur codices ⁊ quāmaxime in quinq; Moyſi libri preclaros edidit cōmentarios:⁊ alios quorum tituli iſti ſunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| De cōfuſione liguaꝝ | li.i. | De victimis | li.i. | De vita ſapientiū. | li.i. |
| De gigantibus | li.i. | De ijs q̄ ſbu p̄catur. | li.i. | De cōuerſatione vite | li.i. |
| De dione eqliū ⁊ ꝯrioꝝ | li.i. | De pactis | li.i. | De herede dinaꝝ reꝝ | li.i. |
| De repromiſſionib⁹ | li.i. | De ideis | li.i. | De tribus virtutib⁹ | li.i. |
| De exodo | li.5 | De prouidentia | li.i. | De natura ⁊ īuētiōe | li.i. |
| De tabernaculo | li.4 | De eruditionibus | li.i. | De agricultura | li.2. |
| Qō ſōnia adō mutāt. | li.5. | De ebrietate | li.i. | Quare quorundam i ſcripturis mutata ſūt noia. | |

Sunt ⁊ alia eius complurima ſcripta que breuitatis cauſa omittuntur.

Burgondionum regni principium.

35 Burgondiones populi:his temporibus in Celtica Gallia initiū ſumpſiſſe. Uincenciūs gallicus hiſtoriographus ſcribit:hos aūt populos primo e Scythicis locis prodijſſe cōſtat e Scathania.ſ. occeani ſeptētrionalis Inſula:q̄ ex aduerſo Dacie iter Germaniā Gothiāq;

poſita eſt. Hi primo his temporibus ſupra Rhenum fluuiũ cõſedere: ſed valentiniani pri
cipis poſtea temporibus ad Rhodanum fluuiũ vſq; deſcendentes ibidemq; caſtra ponẽ
tes locũ Burgos appellarunt. Et exinde Incole oẽs appellati ſunt Burgondiones. Cũq;
duobus annis eo in loco ſic intentorijs cõſcediſſent: nihil preſumẽtes tandẽ a Romanis ⁊
gallis Iubẽtur locũ cũ vxoribus ⁊ liberis inhabitare. Nacti itaq; domiciliũ ſecus Rho
danũ: eũ locũ poſtea ſemp tenuere: ſibiq; ex Ducibus Reges ꝯſtituere. Et p̄ quidem Gun
diochum quendã Arrianũ de genere Athanarici regis Gothoꝝ regẽ ſibi ꝯſtituũt: quem
poſt multos annos Attilla hunoꝝ rex in inſigni illa pugna quaꝫ in Aluernia ꝯ̄ Gothos
Francoſq; habuit: fudit atq; fugauit: cõprehenſum deniq; iterfecit. Militabat tunc Gon
diochus rex Francoꝝ: ſtipendijs Rõanoꝝ ꝯ̄ hunnos romanis infenſiſſimos Gondiocho
aũt mortuo: quattuor poſt ſe reliquit filios. vꝫ Gandebandũ. Godiſellũ. Chilpericũ ⁊ Go
demarũ: hoꝝ Gandebandus natu maior Godiſellũ ⁊ Chilpericũ cũ duobus eorum filijs
trucidauit: Capta deinde Chilperici vxore in aquis demerſit: eius q̃ filias Sedelindam ⁊
Chrochildem exilio damnauit. Quaꝝ antiquior mutatis veſtibus ſe Deo dicauit. Chro
childis vero natu minor ad Clodoueũ francoꝝ regem confugit: quaꝫ ⁊ ſibi idem rex ma
trimonio copulauit. Ac ſic Gandibandus totũ ſibi regnũ paternũ vẽdicauit. Quo mor
tuo: Sigiſmũdus ei⁹ filius regnũ obtinuit ⁊ filiã ſuã Childerico Clodouei francoꝝ regis
filio: qui Burgondiones ꝑpter Chrochildẽ pulſaꝫ tributarios fecerat: vxorẽ dedit. Ipſeq;
Theodorici Italie ſeu Rauenatis regis filiã vxorẽ duxit ex qua vnũ tantũ ſuſcepit filium
quẽ a ſuperaduecte Nouerce necari iuſſit. Mortuo vero Clodoueo p̄dicto frãcoꝝ rege:
eius filij Clodoue⁹: Childericus: ⁊ lotharius a Chrochilde matre ſtimulati aduerſus Si
giſmundum ⁊ eius patruum Gundemarũ bellum mouerunt. Clodoueus autẽ aduerſus
Sigiſmundũ ipetu facto: ipſũ cũ vxore ac filijs captos iterfecit ⁊ Gundemarus ſuperatus
terga vertit. Sꝫ paulopoſt viribus reſumptis: aliquãtiſper regnauit: Sꝫ mox iterũ a ne
potibus ſupatus atq; fugatus. Burgondionũ ꝓuincia in francoꝝ ceſſit dictionẽ. Hos aũt
reges cõſtat p multa ſecula regnaſſe i Celtica Gallia: vbi fuerãt he ciuitates. Senonis me
tropolis: lugdunũ ⁊ vienna: hi ppl̄i aliq̃n hedui: qñq; Burgondiones ⁊ iterdũ Sequaui
ſũt appellati: hodie regia dignitate omiſſa: Ducatus titulũ tantũmodo retinent: quorum
Dux ceteris principibus chriſtianis atq; Ducibus p̄cellit. Burgondionum aũt Ducatus
alias comitatus Rhodanus fluuius a Gallia romanoꝝ ꝓuicia diuidebat: Qui heluitijs
heduiſq; ac lingonibus finitimus erat. Rhenũ deinde fluuiũ pro fine habet: vnde ⁊ inter
Rhodanũ ⁊ Rhenum fluuios Burgondionum Ducatus quinq; dierum itineris expediti
habere dicitur. In cuius medio Biſontina Ciuitas maxima eſſe dicitur.

Agrippina Marci agrippe ex Iulia Octauiani filia genita: Gaijq; calligule Imperatoris
mater q̃ inter mulieres claras cõputat: hoc anno a Tyberio ceſare Socero ſuo multis in 37
iurijs ⁊ obiurgatiõibus vexata: mortẽ ſibi ipſi a cibo abſtinẽdo ipetrauit: Hec adhuc ad
modũ adoleſcentula Germanico ſue etatis inſigni Iuueni ⁊ Tyberij Ceſaris auguſti filio
adoptiuo nupta fuit ſatis ob hoc fulgida: ſꝫ fulgidior q̇ inſolentiſſimi principis ſoceri ſui
obſtinato propoſito recudiſſet pfidiã. Ipſa quippe ex eodẽ viro ſuo tres cum fuiſſet enixa
mares: ex quibus vnus Gaius calligula fuit: ⁊ totidẽ filie: ex quibus Agrippina Neronis
mater vna extitit: cũ ope Tyberij patris veneno ſublatũ virũ ſuum egreferret: ⁊ femineo
planctu necem viri ſui defleret: in Tyberij ſoceri ſui odium incidit: adeo vt ab eodẽ obiur
gationibus plurimis infeſtaretur. Sed egregia mulier indignũ exiſtimans qd̄ in ſe a Ceſa
re agebatur: morte faſtidia ſtomachoſi principis effugere diſpoſuit: qui cum aliter ſatis co
mode non daretur: fame generoſo aĩo accerſire ſtatuit confeſtim a quocũq; Cibo abſtine
re cepit. Qd̄ cum relatũ eſſet Tyberio: ne ſibi auferretur ſeuiendi ineaꝫ materia: eo vſq;
deductus eſt: vt cibũ guturi eiuſdẽ violẽter Impingi faceret: vt hoc modo perire volenti:
nõ pmitteret: At Agrippina quanto magis iniurijs exercebat: tanto acrioris efficiebatur
propoſiti: ⁊ ſic a cibis oĩno ſe abſtinens moriendo inſolẽtiã ſceleſti pricipis ſupauit. Qua

Caius gal licula

quidem morte etſi plurimū glorie ſibi apud ſuos cōqueſierit Agrippina: Tyberio tñ lōge
amplius reliquit ignominie.

Aius cognomento calligula: Druſij Auguſti Ceſaris priuigni filius: ꝛ p̄dicti Tyberij
5237 38 nepos quartus Romanoꝝ Impator anno p̄ quarte ꝛ ducenteſime olympiadis Im-
periū occupās imperauit annis. 3. mēſibus. 10. ac diebus. 8. Hic ideo Calligula cognomi-
natus fuit ꝙ eius iuentuꝫ extitit deferēdi caligas margaritis inſignitas: vir certe oīum ſce
leſtiſſimus ꝛ probris oībus inquinatus. Qui referentibus Oroſio ꝛ Eutropio: Tyberij
dedecora purgauit. Duabus eni ſororibus ſuis ſtuprū intulit: ꝛ cū ex vna eaꝝ filiam ſuſce
piſſet: ēt cum ipſa rem hr̄e voluit atq̄ tādē eaſdem ſorores ſic ſtupratas: exilio damnauit.
Memnij inſup reguli ſui vxorē ducens: ipſum impulit vt deinceps vxoris pr̄em ſe fore: ꝛ
diceret ac ſcriberet. Maxime itē crudelitatis fuit adeo: vt ſepius exclamaſſe dicat vtinam
Romanus pplus vnā haberet ceruicē quia oēs vno ictu iterficerē: ꝛ ꝑpterea oēs exules:
ꝛ plurimos nobiles iterfici iuſſit. Nil domi vel foris ſtrenue geſſit: ſꝫ auaritia ſua oēs ex-
poliauit: Semetipſum nāq̄ (vt refert Euſebius) in deos retulit: ꝛ petronio Syrie p̄fecto
mādauit vt hieroſolimis ſuā Statuā ſub noīe Iouis maximi poneret. Idq̄ i oīb⁹ Iudee
Synagogis (vt Ioſephus ſcribit) fieri p̄cepit. Et cū nullius igenij minimeq̄ doctrine eēt:
oībus inuidebat: ꝛ ꝑpterea paulū abfuit: quin virgilij liuijq̄ ſcripta ꝛ Imagines ex oīb⁹
Bibliothecis amoueri fecerit ꝛ abradi. Agrippā nāq̄ herodis filiū a Tyberio i carcerem
cōiectū ſtatim liberauit: ꝛ Iudee regē fecit: ꝙ patruū accuſauerit: ꝛ ꝑpter ipſuꝫ herodem
Tetrarchā perpetuo exilio lugdunū relegauit. Multas tñ vrbes hinc inde ex ſuo noīe edi
ficauit: ꝛ preſertim apud Thraciā Calipoliꝫ vrbē inſignē: ꝛ circha Regiū ꝛ Syriā: ꝑpter
adētū Nauim frumēta deferētiū: horrea multa decenter ſtruxit. Quibus ita geſtis: poſtre
mo (ob inſolentias) a ſuis necatus ē. Ferūt ingētē Archā varioꝝ venenoꝝ ā Claudio pri-
cipe apud eū fuiſſe inuentā: que ab ipo Claudio principe in mari demerſa (infecto Mari)
maxima piſciū multitudo eſt interempta. Ioſephus tñ de eo dicit: ꝙ fuerit Rhetor opti-
mus: greca pariter ꝛ latina lingua ad dicēdū paratiſſimus ac intelligēda aliena opa prom
ptiſſimus: ita vt maiori orone: dictis ꝯtradiceret alienis: ꝛ acerrimo igenio: meditatiōiſq̄
labore ſuum magis opus excellere dictiōis fortitudine comprobaret. Hūc itaq̄ Tyberi⁹
magna ſtuduerat neceſſitate erudiri: ſed ſtolidus vir: bona cōgregata ex eruditiōis opere
ſeruare voluit ſed poteſtate abuſus: inſidias paſſus: peruenit ad mortem.

Agrippa magnus Ariſtoboli regis filius anno p̄ Caij Ceſaris: pr̄i in regnū ſuccedens teſte
Ioſepho regnauit Iudeis annis. 7. Hic (vt Ioſephus ait) fuit natura bonus ꝛ ad bn̄ficia
munifica preparatus: ꝛ Ciuitatē hieruſalē proprijs ſumptibus plurimū exornauit: ita vt
ſua claritate muneribuſq̄ gauderet: ꝛ fauorabilis ſue vite Iura adeo diſponeret vt i nul
lo herodi regi diſſimilis eſſet. Ipſe enim anteq̄ herodes Rex e vita ſecederet apud Romā
ſteterat vbi ꝑpter eius ingenij claritatem maximā cum Druſio Tyberij ceſaris filio con-
queſierat familiaritatē: ac etiam cum Antonia ipſius Druſij coniuge ꝛ Caij matre: ꝑpter
ꝙ eam vt matrem ſuam venerabiliter appellabat: ꝛ ideo illa Caiū filium ſuū ei tradidit
curandū. Qui cum futurū eū aliquādo predixiſſet Imperatorē: apud Tyberiuꝫ accuſat⁹
fuit: qui in vinculis eum per ſex menſes coniecit vbi ꝛ maximas calamitates pertulit: Sꝫ
eodē Tyberio defuncto a Caio in Imperio ſucceſſore relaxatus fuit ꝛ hieroſolimoꝝ rex
ꝯſtitutus. Atq̄ ita: ex magna aduerſitate: ad magnā dignitatē cito conſcēdit. Nam Caius
idē Auguſtus cū e vinculis eū eduxiſſet: confeſtim eius capiti Dyadema regiū impoſuit: ꝛ
pro cathena ferrea quā gerebat in carcere: aureā eiuſdē ponderis ei condonauit. Et ſic in
patriā ſuā: cū regia poteſtate abire permiſit: Herodes aūt Gallilee tetrarcha eius cognat⁹
hoc audito: eius poteſtatem ex inuidia ferre nō poterat ꝛ q̄maxime herodias eius ſoror
nō ferebat: ꝙ eum in maiori dignitate cerneret q̄ maritū: ꝛ preſertim cū eum intuebatur re
galibus inſignijs incedentē. Qui vxoris p̄cibus fatigatus: cum ipſa tandeꝫ Romam venit
Agrippa aūt eoꝝ intentionē intelligens: vnū ex libertis ſuis cum maximis muneribus

⁊ epiſtola aduerſus herodẽ Romã ꝑmiſit. Acuſans euȝ ꝙ conſiliũ cũ Seiano rege ⁊ cum Arthabano partho aduerſus Tyberiũ ꝑ: ⁊ poſtea aduerſus Caium habuiſſet: probamẽtũ vero huius rei dicebat: ꝙ herodes ipſe maximã armorũ cõſtructionẽ hẽret; que quidẽ 70. pugnatoꝝ milibus ſufficiſſet. Interogato aũt herode ſi ſic eſſet. Reſpõdit arma eſſe. Tũc Ceſar credẽs oĩa vera eſſe. Tetrarchiã Gallilee ⁊ omnes opes ab herode abſtulit ⁊ Agrippe regno adiecit; ipſumq; herodẽ perpetuo damnauit exilio vt dictũ eſt: herodiadi aũt: quia Agrippe ſoror erat: cũ Ceſar mariti opes reſtituere mãdaſſet illa oĩno recuſauit mallens virũ in exiliũ ſubſequi: ꝙ in patria ſine ipſo iucundari dicens abſurduȝ valde eẽ inaduerſis illũ derelinqui debere; quẽ in proſperis ſocium habuerat: ⁊ ſic ambo Lugdũẽ galliarũ ciuitati miſerabiliter periere. Ac ſic ⁊ ꝓ diui Joannis baptiſte nece: ⁊ ꝓ Inuidia quã in Agrippã habuerãt; talẽ ſuppliciuȝ ꝓtulerũt: Sed vt ad Agrippã redeã: Cũ e Roma perexiſſet hieruſalẽ; mox ad grãs exoluẽdas cũ oĩ celeritate tẽpluȝ viſitauit: ⁊ hoſtias celebrauit nihilq; qð erat legiptimũ dereliquit. Ibi nãq; cathenã aureã quã ei Caius dederat ſuſpendit: vt maximũ ex hoc eius perpetuo indicaret caſũ: Eoq; cultu deo ſic exhibito ſtatim Theophilũ quẽ pontificem a pontificatu ſubmouit ⁊ cuidã Beotho Simonis filio tradidit. Sed anno exhacto iterũ Boethũ põtificatu priuauit ⁊ Jonaȝ Anne põtiſicis filiũ tãꝗ digniorẽ põtificẽ cõſtituit. Sed eo humilitatis cauſa renuente: fratri eius Matthie cõtulit. Quo poſtmodũ põtificatu ſpoliato: pro eo Elioneum Boethi natũ põtificem maximũ creauit: his optime ex ſententia geſtis; iterũ ad exornandã hieruſalẽ aiuȝ adiecit: Unde ⁊ Theatrũ Romano ope ſtruxit. vȝ amplitudĩe ⁊ pulchritudĩe decoratum Amphiteatrũ q; multa Impenſa cõſtruxit: vbi cũ ſpectacula celebraret muſica: queq; inſtrumẽta produxit. Sed ⁊ Balnea ac porticus celſis operibus exaltauit: ⁊ alia ꝓpe infinita in vrbe ⁊ extra extruxit monumẽta. Demũ cũ in Ceſareã deſcẽdiſſet vt in honorẽ Ceſaris ſpectacula celebraret: ⁊ ſe vt deũ ibidẽ appellari permiſiſſet: ab angelo cõfeſtim ꝑcuſſus eſt: ⁊ tumẽte iã corpore: ad amicos ſe vertens ait. En ego ille: qui modo dicebar Deꝰ: nũc mortis nexibus cõſtringor. Quibus dictis; anno etatis ſue. 57. expirauit. Hic Agrippam filiũ. 17. annũ habentẽ reliquit heredẽ ac tres filias; Beronicem. Mariam ⁊ Druſillam: habuit inſuper ⁊ fratrem nomine herodem Calcidis regem: qui eidem propter teneram filij etatem in regno ſucceſſit; De quo mox dicemus.

Petronius patritius Romanus hoc anno a Caio ceſare poſt vitelliũ Legatus in Syriam mittitur vir quidẽ bonus iuſtuſq; ac Judeis plurimũ fauorabilis. Nam cũ Caius didiciſ 40
ſet Judeos ſua ſimulachra in ſinagogis ſuis recuſaſſe: grauiter tulit ꝙ apud eos ſolos deſpectui haberetur: ⁊ ideo ipſum petroniũ in Syriã legatũ miſit iubens vt cũ magno exercitu Judeã oẽm inuaderet: ⁊ ſiquidẽ ſponte in eoꝝ templo eius Simulachrũ ſuſciperent: bene: ſin aũt reſiſtere molirent: pugnando idipſum inconctanter efficeret. Atq; ita vt ceſaris mandata perficeret in Syriã perexit. Quo audito: multi Judeoꝝ in ptolomaidẽ eidẽ occurrerũt deprecãtes: ne ad tranſgreſſionẽ paterne legis eos cogeret. Petronius vero: vt erat vir prudentiſſimus eoꝝ ꝓcibus ꝑmotus: ⁊ eoꝝ conſtantiã conſiderãs (videbat eniȝ ſi Imperatorie iuſſioni obedire vellet: ꝙ multa eorũ milia in mortẽ darent) Caio indicauit ſcribendũ vt ſi quomodo eius animũ ab hac re nefaria remoueret. Unde ⁊ ep̃las ad caiũ deprecatorias miſit: ne. ſ. tot Judeorum milia contemneret que nõ poſſent ſine ingẽti bello ⁊ cede in tranſgreſſionem ſue religionis impelli memoriam ẽt nõ bonã Romani nois in poſteriora tẽpora relinqui: Sȝ Caius (vt erat aĩo ſeuus) ſuſcepta in Iram maximã ſtatim concitatus eſt: ⁊ vt petronius hic cõctis pñtibus ⁊ futuris efficeret exemplũ. vȝ ꝙ nullus Imperatorũ mãdata paruipẽdere preſumeret ep̃lam mortis ſibi reſcripſit. Sȝ ante ꝙ ep̃la eidẽ redderet. Caius e medio ſublatus eſt: Unde ⁊ petronio primũ ep̃la de Caij morte venit: ꝙ illa qua ſe propria manu occidi iubebatur. Atq; ita petronius ꝓ grã quaȝ Judeis ꝓſtiterat tam rome ꝙ in vno q; regno: multã ſibi grãm ꝯparauit; eũq; cuncti Senatorij ordis viri hac pre magno fauore proſequebant. Confirmatus deinde a Claudio Im

peratoꝛe ēt maximū adiutoꝛiū ꝫ Alexādrinos ⁊ Doꝛitenſes Judeis infeſtos pſtitit: ac per eū Judei multis i locis ſalutis beneficiū acceperūt. Eoqꝫ poſt tertiū ānū amoto, Marſus quidā Romanus: eidē in Syrie Magiſtratu ſeu pretura ſucceſſit.

Flaccus Anilius patricius Romanus: ⁊ ipſe eodē anno ab eodē Caio ceſare Egypti pfect⁹ mittitur. Qui magiſtratu inito (⁊ Alexādrino pplo cōſentiente) multis calamitatibus Judeos ibidē degētes afflixit. Nā vt Caio placeret: eoꝝ Synagogas Imaginibus. Statuis: Ariſqꝫ: ac Gentiliū victimis poluere nō ceſſabat. Quāobrē mlta ibidē īter Judeos ⁊ paganos oꝛta ē ſeditio: vnde ⁊ terni ex vtraqꝫ parte legati ad Caiū miſſi fuere: De quoꝝ numero philo diſertiſſimus phus atqꝫ oꝛatoꝛ ꝓ Judeis fuit. Qui cū ſuoꝝ cām optime apud Ceſarē defenſaret e Secretario excludi iuſſus ē: q̄ egrediens monuit Judeos ſecū exiſtētes bono aīo eſſe: qui a prope erat vt deus eius malis operibus repugnaret: Ac ſic poſt paululū Caius a ſuis obtruncat: ⁊ cū Claudius in Imperio ei ſucceſſiſſꝫ: mādauit Syrie pfecto: vt ſeditionē amoueret: nec cogerent Judei paternas leges tranſcendere. Ac huiuſmodi edictum in Alexandriam miſit.

5242 43 Claudius Calligule pdicti patruus: quintus Romanoꝝ Impatoꝛ hoc āno q̄ fuit. 205. olympias Romanis Impare cepit: ⁊ Imperauit annis. 13. mēſibus. 8. ⁊ dieb⁹. 20. hūc pdictus eius nepos captū in ludibriū reſeruauerat: ſꝫ ope ⁊ iduſtria Agrippe regis iudeorū (vt Joſephus refert) patruo īterfecto Imperiū accipere ꝓmeruit: vir quidē admodum pius: ſed Cibi viniqꝫ oī tēpoꝛe intēperātiſſimus. Hic Britaniā Inſulā quā nemo attingere potuit in deditionē accepit: ⁊ alias oꝛchadas Inſulas paruas Romano adiecit Imperio. Judeos inſup tumultuantes Romaꝫ depulit: atqꝫ ſeditiōes quaſdā in Judea a quibuſdaꝫ pſeudo prophetis cōcitatas cito cōpreſſit. Tres eni vxoꝛes (vt Joſephus li. 20. c. 15. teſtat) habuit ex quaꝝ pꝛima noīe petina Antoniā genuit. Qua defuncta Meſſalinā Meſſale oꝛatoris cōſobꝛinā duxit: ex qua Britānicū ⁊ octauiā ſuſcepit. Tertio Agrippinā Germanici filiā (habētē iā Neronē filiū) ſibi matrimonio copulauit ꝓ cuius amoꝛe Meſſalinam vxoꝛē peremerat. Meſſalina aūt moꝛtua Agrippina ſibi metuēs ne Britānicus Meſſaline filius ſuccreſcēs regnū a patre aliqn̄ ſuſciperet. Claudiū ob filij Nerōis amoꝛe veneno hoc modo peremit. Delectabat quidē Claudi⁹ plurimū Boletis illoſqꝫ cibos dicebat deorū: eo ꝙ ſponte naſcerēt. Qō cū aduertiſſꝫ Agrippina ſtudioſe coctos veneno infecit: coſqꝫ ipſa appoſuit temulēto: Uerū cū vomitu ⁊ alia ſolutiōe videret ſalus mariti ſecutura: opere Xenophontis medici illitis veneno pennis ad vomitū ꝯtinuādū poꝛrectis eo itum eſt q̄ cupiebat vxoꝛ: quia i cubiculūꝫ reductus: ignaris oībus pter vxoꝛē moꝛtuus ē. Cuius quidē moꝛs: nō ante ab Agrippina palā nunciata eſt: ꝙ amicoꝛū ſuffragio: omiſſo Britānico filio Claudij tamꝙ iunioꝛe. Nero ſublimaret in pꝛincipē eoqꝫ ſublimato: ſtatim miſit Burum militie ſue pꝛincipē: ⁊ cū eo tribunos libertoꝝ pꝛepotentes vt deducerent per caſtra Neronē filiū Agrippine eumqꝫ moꝛe pꝛincipis adoꝛarent ⁊ hoc modo Nero ꝓmotus condignum poſtea matri antidotū rependit vt infra dicetur.

Meſſalina aūt imperatrix Claudij pdicti vxoꝛ ⁊ Barbati Meſſale Cōſobꝛini filia his tpībus ob ingentē pulchꝛitudinē admirāda oīb⁹ fuit: ⁊ adhuc adoleſcentula Claudio iā ſene paulopoſt nupta eſt. Quā tante libidinis in ipſo iuuētutis floꝛe fuiſſe ferūt vt innumeris ſe ſummiſerit adulteris ⁊ ſepe mutata veſte lupanaria celebꝛauerit. Quin teſte plinio. li. x. cū Scoꝛto famoſiſſimo ad libidinis actus certauit ſeqꝫ meretricē ſupaſſe īter diē ⁊ nocte: quinqꝫ ⁊ viginti concubitus affirmauit. Et īterrogata rn̄dit potius laboꝛe feſſa: ꝙ cōcubitu ſatiata. Qō iuuenalis in Satyria credo pudicitiā tetigit dicens. Laſſata viris nōdum ſatiata receſſit. Tandē ita fuit libidinis furoꝛe ſtimulata in quendā. C. Siliuꝫ iuuenē perſpicacem: ꝙ iuliam Syllanam nobilē feminā: eius matrimonio exturbauit vt vacuo adultero potiretur: Deniqꝫ cum Claudius imperatoꝛ ſacrificij grā hoſtiā vrbē iuiſſet: cōctā nuptiarū ſolēnia celebꝛauit Cūqꝫ claudius Romā reuerſus fuiſſet: ei⁹ exigentibus demeritis eam cōfodi fecit cuius coꝛpus matri cōceſſum fuit: vt iuuenalis in Satyra q̄ incipit oīb⁹

in terris teſtatus eſt; hec enim ex claudio Britannicum filium ⁊ Octauiam Neronis vxorem genuit. De ea etiam Cornelius tacitus.li.xi.multa ſcripſit. Et plinius li.x. Atq; Suetonius in vita claudij.

Jacobus maior aplus dñi: zebedei q; ex Maria Solome filius: ac diui Joãnis Euãgeliſte frater: quẽ dñs vna cũ codẽ Joãne frẽ vocauerat dicens: venite poſt me faciã vos fieri piſcatores hoium: quiq; relictis retibus ⁊ patre ſecuti fuerãt eũ: hoc anno poſtq̃ pdicando vniuerſam peragraſſet hiſpaniã (in qua nouẽ tm̃ cõqueſierat diſcipulos) in Judeaȝ reuerſus ab herode Agrippe regis frẽ: q̃ i hieruſalẽ fris vices gerebat: obtrũcatiõe capitis: martyrij palmã adeptus eſt. Eius aũt ſacratiſſima oſſa: poſtmodũ diſcipuli ipſius: ab hierlm ad hiſpanias traſtalerũt. vbi.ſ.pdicatiõis officiũ viuens exercuerat atq; ibidẽ in vrbe gallatia: q̃ eſt in vltimis finibus hiſpaniarũ cõdidere: queq; celeberrima gentiũ illius ⁊ peregrinarũ nationũ veneratiõe excolũtur: Cuius feſtũ.8.calẽdas Auguſti celebrat. Hic vnã tm̃ e ſeptẽ canonicis breuẽ ſcripſit eplam in qua (vt diuus ait hiero') ſanctũ inſtruit cleruȝ De cultura celeſtiũ pceptorũ: ⁊ regula catholice obſeruantie: ⁊ de inuicte patientie maieſtate: ⁊ de reuelatione plurimorum: ⁊ de mendatio magiſtrorum. Hic etiam matrem ſuaȝ Salome ob amorẽ chriſti virum derelinquere docuit. De qua chriſoſtomus ſic hȝ. Hanc quippe nõ vicit maritalis affectus: q: ille erat tpalis maritus iſte.ſ.xps eternus ſponſus Cognouit eni (ait) q; amplius prodeſſet marito ſuo ſi pter deũ relinqueret viruȝ: q̃ ſi pp virũ: relinqueret deũ. Cuius religiõem ⁊ ad xpm reuerentiam: diuus Jacobus valde approbauit: ipſamq; hoc in bono propoſito confirmauit hec ille.

Etrus papa ⁊ aplorum primus hoc anno: q̃ eſt 6s Imperij claudij annus occiſo ab herode pdicto Jacobo aplo: quintadecima die mẽſis Februarij: poſtq̃ p ſeptẽ annos Aſiaticas cõfirmaſſȝ eccleſias ab herodis carcere liberatus Romã venit: ⁊ ibi primã cathedrã tenere cepit eo q; cũ ipſa Ciuitas tocius mũdi caput eſſet: ẽt põtificali ſedi conueniẽtẽ eſſe cernebat: Sedit aũt in ea annis.25.⁊ menſibus ſeptẽ. Fuit hic natione Galileus ex Bethſaida ciuitate: Joãnis filius ⁊ Andree frater. Qui poſt aſcenſionẽ dñi: cũ ſeptẽ ãnis apud Antiochiã vrbẽ primũ ſediſſet liberatus (vt pfertur) ab herodis carcere ſtatim Romam e hieroſolima ad expugnandũ Simonẽ magum venit ibiq; pdictis annis vſq; ad vltimũ Neronis annũ Sacerdotalẽ tenuit dignitatẽ: ac deniq; a Nerone cruci affixus: martirio coronatus eſt: ſed capite ad terrã verſo: ⁊ pedibus in ſublime leuatis: ita enim mandauit aſſerẽs ſe indignũ: q; ſic cruci affigeretur: vt ſuus dñs Jeſus xps affixus fuerat. Quo mortuo ſepultus eſt in vaticano via Aurelia in hortis Neronianis: Hic ille ẽ petrus: q̃ ſupra mare ad xpm ambulauit: qui in dñi transfiguratiõe ⁊ puelle ſuſcitatione a dño electus teſtis fuit: qui ſtaterẽ in ore piſcis inuenit: qui tria milia hoiuȝ in feſto penthecoſten ſua predicatiõe cõuertit: qui Ananie ⁊ Saphire vxoris mortem predixit: quiq; Eneam paraliticum curauit: ⁊ cornelium baptizauit atq; Thabitam a morte ſuſcitauit. Qui ue vmbra ſui corporis multos infirmos curauit: hic inq̃ ille eſt petrus: quẽm his verbis chriſtus allocutus eſt: Beatus es Symon Bariona: quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in celis: ⁊ tu es petrus: ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam: ac tibi dabo claues regni celorum: poteſtatem videlicet ligandi ⁊ ſoluendi: Et licet ſimpliciter maiorum ⁊ minorum ſacerdotum diſcretio ab ipſo domino noſtro Jeſu chriſto exordium perhibeatur ſumptum: qui vndecimos apoſtolos tamq̃ maiores ſacerdotes: ⁊ ſeptuagintaduos diſcipulos quaſi minores ſacerdotes inſtituerit: Petrum tamen hunc quaſi in ſummum delegit pontificem ⁊ ſacerdotem: cum ei pre omnibus ⁊ pro omnibus claues regni celorum tribuerit: Et ſe petra: petri nomen ſibi impoſuit: atq; pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt: ⁊ vt ipſe ceteros confirmaret ſibi iniunxit dicens: ego pro te rogaui petre vt numq̃ deficiat fides tua: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ac ſic petro huic: reliquiſque apoſtolis conceſſum eſt a deo primatum: ⁊ ipſi voluerunt ad ipſum: vt reliquis omnibus preeſſet apoſtolis; ⁊ Cephas ideſt caput ⁊

Prim' papa

44 5243

principium teneret aplſatus: Qui ⁊ eandem formam ſuis ſucceſſoribus ⁊ reliquis epiſcopis tenendam tradiderunt: Et non ſolum hoc in nouo teſtamento eſt conſtitutum ſed etiam in veteri fuit: Unde ſcriptum eſt Moiſes ⁊ Aaron in ſacerdotibus ideſt primi inter eos fuere: Hec tamen apoſtolica ſedes caput ⁊ cardo a domino ⁊ non ab alio eſt conſtituta vt etiam teſtatur in Canone.22.diſtinctione capitulo. Sacroſancta: Primuſ itaqꝫ hic petrus quadrageſimale Jeiunium inſtituit: vt patet etiam in Canone.93. di.ca. Si inimicus eſt iſte: Duas autem epiſtolas que canonice nominātur ſcripſit: In quarum prima diſcipulos chriſti inuictos toto orbe terrarum diffuſos ⁊ peregrinos monſtrat ⁊ preterite vite penitere perſuadet; ac in nouam vitam proficere tota ſolicitudine exhortatur: In ſa vero ꝑ fidem huic mūdo ſapientes mortuos eſſe declarat ⁊ eiuſdē quāta ſit pietas magnitudo demōſtrat hic ꝑterea Linū ⁊ Cletū Sacerdotes cōſecrauit: q(nō valēte ipſo) chriſtianis ſacerdotale officiū exhiberent: nec multo poſt Clementē viꝝ ſāctiſſimū cōſecrauit epm̄ cui ⁊ oīmodā eccleſiā a chriſto ſibi traditā cōmēdauit: his itaqꝫ ita ordinatis vna cū paulo Neronis iuſſu necatus eſt,

Simon magus natione Samaritanus vir qdem callidus atqꝫ ſuperb⁹: his tēporib⁹ ex Syria Romā venit: vbi ſuis preſtigijs ⁊ incātatiōibus populū Romanū eo erroris deduxit: vt deus crederetur: Qui(vt dictū eſt) dum in Samaria eſſet a philippo e ſeptem primus dyaconibus baptizatus fuit. Quo baptizato vna cū Silena vxore ⁊ erroris ſocia multas hereſes diſſeminare cepit. Sed Petro Romā aduenīēte oia ei⁹ ſcelera ad nihilū deducta ſunt: Nā cū tandē ad celū magicis artibus populo ſpectante volare tēptaſſet: Petro orante. Simon in terrā decidit. ⁊ fractis ceruicibus expirauit. Hinc Simoniaci heretici qdem peſſimi originē ſumpſere q donū ſpūs ſancti ⁊ emere ⁊ vendere cōſueuere: Quiqꝫ(vt Gratian⁹ in canone teſtat) creaturā nō adeo eſſa affirmāt ſed ex ſupna virtute ꝓuenire teſtant vt pꝫ.24.q.3.c. Quidā: Eāobrem Petrus a Romanis rogatus Marco eius diſcipulo cōſcribēdi Euangelij negociū tradidit.

Paulus Jeſu chriſti digniſſimus apoſtolus philoſophus atqꝫ verbi Dux electiōis vas: his temporibus: per vniuerſam Aſiam predicans maxio in precio apud omnes nationes fuit Hic namqꝫ ex tribu Beniamin fuit. ex oppido Judee ꝙ Giſchalis nominatur qui cum a Romanis captus a puero fuiſſet cū parentibus ſuis Tharſuꝫ Cilicie vrbem (vbi eius pater Ciuilitate Romana donatus eſt) cōmigrauit: Moſ ſiqdem tunc Romāoꝝ fuit cū Monarchiā totius mundi conquirerent vt gentes que cum pace ⁊ coronis Romanis occurebant priuilegio romane Ciuilitatis potirentur: eorūqꝫ fratres dicerentur: Contigit autem vt cum Romani Ciliciam cum exercitu petiſſent pauli pater cū nobilior ib⁹ Tharſenſib⁹ Romanis occurere illoſqꝫ cum pace ſuſcipere: Eamqꝫ obrē cōſolarē veſtē ꝓmeruiſſe ⁊ inter Ciues Romanos annumeratū fuiſſe: ꝑꝑ ꝙ ⁊ Paulus hic aplus Ciuis Roman⁹ habitus eſt: Ex Cilicia igit hic Paulus adhuc adoleſcentulus ob diuine legis ſtudia hieroſolimā miſſus Gamalieli viro doctiſſimo eruditionis cauſa cōmendatus eſt: A quo in oi doctrina nō mediocriter eruditus i viꝝ eruditiſſimū cito euaſit: Deide cum iaꝫ chriſti Schola ꝑ vniuerſam excreſcere cepiſſet: Judeā adhuc adoleſcētulus a pōtificib⁹ tēpli Eplas accipiens eos q chriſtū veꝝ eſſe deū ꝓfiterentur ꝑſequi decreuit: vnde cū Stephani ꝓthomartiris neci interfuiſſet ⁊ oium lapidātium eū veſtimenta ſeruaret. tamꝙ manibus oīum lapidaret. Stephanus inclinatus pro eo orauit ⁊ paulū e terra erexit: Quia paulopoſt dū Damaſcū pergeret(vt Lucas teſtatur) ſpiritu diuino tactus ad fidē chriſti venire cōpulit. atqꝫ ita electionis vas vocari ꝓmeruit: Et id omne euenit anno quo ⁊ chriſtus paſſus eſt. Statimqꝫ vocatus chriſti euangelium eidem reuelatū eſt. Quod ipſe conteſtatus eſt dicens; nō enim accepi Euangeliū ab hoie neqꝫ ꝑ hoiem didici ſed ꝑ reuelationē Jeſu xp̄i Poſt aūt ei⁹ cōuerſationē vna cū Bernaba aplo mltis vrbibus ꝑagratis hieroſolimam redijt: ⁊ cū Petro ⁊ Joāne ac Jacobo chriſti euāgeliū cōtulit quo audito gētiū aplus ab eiſdē declaratus eſt. ibidem quoqꝫ multis electis diſcipulis non multo poſt in hiſpaniā ꝑdi-

cãdi gratia nauigauit: Ueniẽſq; Narbone ciuitati multos cõuertit ⁊ ibidẽ paulũ diſcipulũ
ordinem antiſtitem dereliquit: quod ⁊ alijs plurimis Galliaꝝ vrbibus effecit: Poſtea ite-
rum hieroſolimã reuerſus ſecũdo Imperij Neronis anno a Feſto Iudee ꝓcuratoꝛ vinct⁹
Romã (vt Ciuis Romanus) mittit. vbi ⁊ biennio in ſatis libera cuſtodia manẽs cum Iu-
deis quottidie diſputabat: Tandem a Nerone dimiſſus multa predicauit ⁊ ſcripſit: ac de
niq; poſt innumeras ꝑſecutiones vna cũ Petro apoſtolo eodẽ die Neronis iuſſu capi-
te truncato martirium obtiuit: Cuius corpus via hoſtienſi poſtea funeratum fuit: Hic
itaq; vir ſanctiſſimus ⁊ aploꝝ ꝑcipuus poſt eius cõuerſionẽ has ſubſcriptas ꝑtulit ꝑſecu
tiones: Et ꝑmo quidẽ in philippis virgis duriſſime ceſus ⁊ ĩ carcere recluſus atq; ĩ ligno
pedibus aſtrict⁹ fuit. Inde in Iconio lapidatus: In liſtris ⁊ Theſalonica ab iniquis ꝑſe
cutus: in Epheſo feris datus: in Damaſco ꝑ ſportã e muro cũ magna trepidatiõe depoſi-
tus: Inſuper in hieruſalem captus ceſus fuit ligatuſq; atq; perſecutuſ: In Ceſaria ꝗ; Clau
ſus ⁊ infamatus: In Italiã poſtremo nauigans multa pericula ⁊ dimerſiões ſuſtinuit. Ro
mãq; veniens a Nerone Iudicatus vitã finiuit: Scripſit aũt hic quattuordecim extantes
Eplas: que oẽs vno ſub volumine cõueniũt: que plenã noui ⁊ veteris teſtamenti continẽt
inſtructionẽ. Quaꝝ vna eſt ad Romanos latine ſcripta. Ad Corinthios due: Ad Galla-
thas vna. Ad Epheſios vna: Ad philippenſes vna: Ad colloſenſes vna: Ad Theſalo-
niſcenſes due Ad Thymoteũ due: vna ad Tytũ: Ad philomenem vna: Que vͦo ad he
breos ſcripſere incertũ eſt cuius fuerit.

Marcus Euangeliſta cui⁹ ꝓpriũ nomẽ Ioãnes fuit genere qdẽ leuiticus Sacerdoſq; tẽpe-
ſtate hac cũ Petro magiſtro ſuo cui ex baptiſmo filius ⁊ diſcipulus atq; interpres fuit ad
ꝓpagandũ verbũ dei Romã (ex Antiochia) venit: Ibiq; cũ diuus Petr⁹ aplus Euãgeliũ
chriſti ꝑdicaret: ipſe Marcus rogatus a fratribus latine id Euãgeliũ ſcripſit. initiãs a ꝓ-
phetali ſpũ dicẽs: Uox clamãtis ĩ deſerto parate viã dñi: Quod qdẽ Euãgeliũ approbatũ
⁊ a btõ Petro exaiatũ ecclie legẽdũ cõceſſum eſt. Sũt tñ qui dicant id Aquileie eum ſcri
pſiſſe: Nam diuus petrus videns conſtantiã Marci ipſum Alexandriã deſtinauit ibidẽq;
ex more nauigaturus cũ expectaret. Aqlieſes ſua ꝑdicatione ad chriſti fidẽ cõuertit ⁊ ſan-
ctũ Euãgeliũ iterato cõſcripſit: Cui⁹ qdẽ Euãgelij liber manu ſua ſic exaratus diu ibidem
ſtetit poſtea venetias delatus illic nũc vna cũ corpore ſũma cũ veneratione ſeruat: Tan-
dẽq; cũ beatus Marcus Ermagorã Ciuẽ Aqlegienſẽ viꝝ doctiſſimũ cõuertiſſet cuꝫ eo-
dẽ ad Petrũ regreſſus illũ Aquilegienſem epm creare fecit: Quo epo creato cũ ipſo iteꝝ
Aquilegiã redijt: Marcus vero (ibidẽ Ermagora epo relicto) Alexãdriã perexit: vbi chri-
ſti euangelium predicãs tantã ei deus grãm apud Alexãdrinos conceſſit: vt oẽs qui tunc
ad fidei rudimenta cõfluerent mox ꝑ continẽtiã ac totius ſancte cõuerſationis inſtantiam
tamꝗ̃ ad monaſtice ꝑfectionis faſtigiũ ꝑuolarẽt. Ad quod nõ modo miraculoꝝ ꝓdigijs
nõ modo predicationũ eloquijs ſed etiã eximijs ꝓuocabat exemplis. Tãte namꝗ̃ fuit hu-
militatis vt pollicẽ ſibi amputauerit. vt Sacerdotio reprobus haberet: Poſtꝗ̃ aũt diu
Alexãdrie chriſtũ predicaſſet ⁊ eccliaꝫ docendo ſcribẽdoq; ꝯſtituiſſet. octauo Neronis an
no a põtificibus tẽploꝝ captus fune in collo eius miſſa tãdiu huc atq; illuc trahũt donec
emiſit ſpiritũ: Cuius corpus cũ chriſtiani in eccleſia ſepeliſſent ibidẽ vſq; ad ãnũ dñi. 829.
manſit quo quidem anno: quidam Mercatores veneti inde auferentes venetias cum in-
genti gloria detulerunt preſidente tunc ibidem Iuſtiniano duce: Ioanneſ vero predicti Iu
ſtiniani frater ⁊ ducatus ſucceſſor poſtea egregiũ tẽplum in celebriore vrbis loco eidẽ con
ſtruxit. vbi illud ſanctum ⁊ venerabile corpus collocauit. Atq; idem Dux primum hunc
ſanctum Euangeliſtam ex ſenatuſconſulto vrbis patronum conſtituens eius Imagimem
in vexillis ſuis retulit: Quibus geſtis confeſtim ipſius Euangelij codicem nuper ex Aq
legia delatũ cum alijs infinitis ꝓpemodum donarijs in eodem templo recondidit.

Barnabas apoſtolus ꝗ ⁊ Ioſeph iuſtus appellat vnus e. 72. chriſti diſcipulis natione Cy-
prius tẽporibus iſtis (vt ſacra actuũ apoſtoloꝝ habet hiſtoria) ob maximã ei⁹ ſanctitateꝫ

cũ paulo gentium apoſtolus ab apoſtolis ordinatur: vir ſi quidem bonus atqꝫ ſpiritus ſã cti gratia repletus: Qui cũ agrũ vnũ tãtũmodo haberet illũ cõfeſtim vendidit: ⁊ eius p̃ciũ ante pedes apoſtoloꝝ ꝓtulit: A q̃bus benedictione accepta. cũ paulo apoſtolo ad p̃dicandũ diſceſſit. Ueniensqꝫ Antiochiã ibidẽ ⁊ ſanctitate ⁊ doctrina atqꝫ exquiſitis miraculis maximo in precio fuit: Propter quod ⁊ Turbe que erant in liſtris vocauerunt eum Jouem a Juuando: q: eoꝝ infirmos plurimũ Juuit: Paulum vero ꝓpter eius dicendi copiam Mercurium: Sacerdotes aũt Jouis qui erant Ciuitatẽ afferentes thauros ⁊ coronas ante ianuas cum populis eis ſacrificare voluerunt: Quod vbi Barnabas ⁊ Paulus audirent ſciſſis tunicis exilierunt clamãtes ⁊ dicentes: Uiri quid hoc facitis: ⁊ nos q̃dem mortales ſumus ſimiles vobis hoĩes annũciantes vobis ab his vanis Jdolis cõuerti ad dñm deũ viuũ qui fecit celum ⁊ terram: Indeqꝫ digreſſi venerunt hieroſolimã vbi Barnabas ꝓpter Marcũ diſcipulũ a Paulo diſcedens Cyprũ cum eodẽ diſcipulo venit vbi nihilominus Euangelice p̃dicationis officiũ p aliquod tẽpus exercuit: Poſtea vero i Jtaliã veniẽs ex p̃cepto beati Petri oẽꝫ lõbardiã p̃dicãdo ⁊ docẽdo circuiuit ⁊ p ſe ſuoſqꝫ diſcipulos Ciſalpinã Galliã ad xp̃i fidẽ cõuertit: Et ipſe apud Mediolanũ p̃m⁹ Cathedralem poſuit ac tenuit: Suffectoqꝫ poſtmodũ alio ibidẽ ep̃o rurſus ipſe Cyprũ regreſſus ẽ: vbi vir ſanctiſſim⁹ nihil p̃termittens quod ad augẽdã chriſti eccliaꝫ pertinere dignoſceret multos etiã infirmos ex cõtactu Euangelij ſcĩ Matthei qđ ſemp ſecũ hẽbat: ſanãs deniqꝫ apud Salaminã pauloãte Petri ap̃li martiriũ ⁊ ipſe martirio ibidẽ coronatus eſt: Cui⁹ corpus cũ chriſtiani in q̃dã cripta oculte ſepelliſſent vſqꝫ ad zenonis imꝑatoris tẽpora ibidẽ ꝑmanſerunt: ſed eodẽ tẽpore ipſo reuelãte cõpertũ fuit ⁊ decẽtiori loco ſepultũ eſt: Ei⁹ vero feſtiuitas. 3. idus Junij celebratur.

Lucas Euangeliſta chriſtiqꝫ diſcipulus natione Syrus ex Antiochia Ciuitate Arte medicus ⁊ greci latiniqꝫ ſermonis apꝛime eruditiſſimus hiſdem tempoꝛibs paulum apoſtoluꝫ ſecutus vſqꝫ ad conſumationem oĩs eius peregrinationis comes indiuiduus ſine vllo crimine fuit: Quod quidem apoſtolus Paulus in. 2. ad Corinthios epiſtola cap. 8. conteſtatus eſt dicens: Ordinatus eſt Lucas ab Eccleſijs comes peregrinationiſ noſtre in hanc gratiam que miniſtratur nobis ad domini gloꝛiam ⁊ deſtinatam voluntatem noſtram: cum quo certe multas perſecutiones multa que ac acerrima pertulit toꝛmenta. Hic itaqꝫ cũ iã duo intellexiſſet eſſe Euangelia: per Mattheum quidem in Judea ⁊ Marcum in Jtalia ⁊ ipſe inſtigante ſpiritu ſancto i Achaie partibus pro vt a Paulo didicerat ſuum conſcripſit Euangeliũ conteſtans ⁊ alia ante ſuũ fuiſſe cõſcripta: cuius quidẽ Euangelij verba p̃ceteris aĩe languenti (vt diuus ſcribit Hieron⁹.) ſunt medicamenta: Quia velut inſignis lucifer ab oꝛientalibus nobis lumen fidei ⁊ celeſtis itineris patenter calcẽ ſcandere demonſtrat: q̃m vt ait Ambꝛoſius eius Euangelij hiſtoꝛia omnes ſapientie virtuteſ cõplectitur: Suũ igitur Euangelium non modo ab apoſtolo paulo didicerat ſed etiã a ceteris apoſtoliſ: ſicut ipẽ in p̃ncipio ſui voluminis narrat dicens: Sicut tradiderũt nobis q̃ ab initio ipĩ viderunt: ⁊ miniſtri fuerũt ſermonis: Ferũt etiã eũ a beata dei genitrice Maria (cuius familiaritate vſus fuerat) edoctũ fuiſſe de his preſertim que ſoli conſtabant virgini: videlicet de Angelica anunciatione chriſtiqꝫ natiuitate ⁊ huiuſmodi: de quibus ipſe ſolus inter Euangeliſtas agit: oſtendens chriſtum ex ſtirpe Dauid deſcendiſſe: Incipit. n. eius Euangeliũ Fuit in diebus Herodis regis ſacerdos noĩe Joachim: Hic etiam cum picture artis edoctuſ eſſet: ꝓpter familiaritatẽ quã iugiter cũ beata v̾gine habuerat (vt ſcribit Damaſcenus) eius imaginẽ pluries ſibi depinxit e quibus nũc Rome due perhibẽtur: quarũ vna apud ſanctã Mariam de populo oꝛdinis noſtri maxima veneratione ⁊ populi frequentia inuiſitur ⁊ cuſtoditur: Conſcripſit inſuper Lucas Euangeliſta hic Apoſtoloꝛum acta pro vt ipſe viderat: Cũqꝫ quattuoꝛ ⁊ ſeptuaginta annis in virginitate permãſiſſet plenus ſpũ ſancto in Bythinia tandẽ die. 18. octobꝛis diẽ obijt: Cuius quidẽ oſſa vigeſimo Conſtantini magni anno poſtea Conſtantinopolim tranſlatã fuerunt: Eius autem diei

feſtiuitas.15.kal. Nouēbris celebratur.
Marſus ꝗdem Romanus ciuis ſo Imperij Claudij āno (petronio preſide pmo abrogato) 45
in Syriam pſes a Claudio mittitur: vir ſiqdē domi nobilis ⁊ a Romanis ciuibus valde
honoratus: ꝓpter ꝙ ⁊ ab Agrippa rege ſummo in honore exceptus eſt. Nam cū appro-
pinquaret Ciuitati confeſtim e Tyberiade vrbe quaſi ſtadijs ſeptē ei obuiā ꝓceſſit: ipſe āt
Agrippa rex apud hieruſalem Spectaculis celebratis in Tyberiadē Gallilee vrbē migra-
uit: ad quē etiā viſitationis grā quattuor reges cōuenerāt: inter ꝗs etiā herodes eiꝰ germa-
nus fuerat ꝗ calcidis vrbis tenebat īpiū: Ad hos aūt Agrippa rex colloquiū valde digniſ-
ſimū habuit: quoꝝ cōcordiā Marſus vt vidit valde ſuſpectā habuit. exiſtimās eā nō ex-
pedire Romanis: vnde ⁊ ciuibus eoꝝ mādauit vt ſine mora ad ꝓpria remearēt: que res
maximū Agrippe infixit dolorē ⁊ indignationē: ⁊ ꝓpterea ꝗaduixit Marſo inimiciſſimꝰ
extitit: veꝝ cū eodē āno Agrippa in Ceſarea defeciſſet: Ceſar ꝗ eoꝝ inimicitiasītellexerat
ne Marſus eius regnū īuaderet eū amouit: ⁊ Cuſpiū fadū pro eo prefectū in Judeā mi-
ſit: Rogauerat. n. Agrippa Claudiū cū lecto decūberet ne Marſum vlterius Syrie preſi-
dere pmitteret ꝙ ⁊ factū eſt.
Herodes eiꝰ nominis tertius Agrippe magni frater ⁊ Calcidis vrbis Rex: ꝗnto Imperij
Claudij āno fratre Agrippa defuncto eiꝰ loco a Claudio ſuffectus regnauit ānis tribus: 48
Nā cum regnū eius Agrippe filio deberet ꝗ Rome a Ceſare alebat qr nūdū infantiles ex-
ceſſerat ānos herodi huic patruo cōceſſum eſt quoad vſq; adoleuiſſet: eo qr antea eiuſdē
regni fratre adhuc viuente cōſuetudines optime nouerat ⁊ in quo regis vices ſepe geſſe-
rat frater n. ipſius cū Caio ⁊ Claudio Impatoribus perſepe honoris grā cōmorabat: ꝗ ꝗ-
dē in tēpore vt placeret Judeis (ſicut Lucas ſcribit) Jacobū apoſtolū īterfecit ⁊ Petrū car-
ceri mācipauit: hic igitur Regno ſuſcepto a Claudio Ceſare cōfeſtim petijt oimodaz tēpli
poteſtatē ⁊ pōtificū ordinationē. Qua impetrata: ⁊ apud eū cuiuſq; liberos ⁊ nepotes vſ-
q; infinē belli Judaici fuit: Et ꝓpa Canthaꝝ pōtificē a pōtificatu remouēs Joſephum ca-
mi filiū eidem ſucceſſorē dedit: ꝗ ⁊ duobus annis ſedit: Cumq; hic herodes tribus annis
regnaſſet octauo imperij Claudij anno defunctus eſt: cuius regnū confeſtim Agrippe Ju-
niori a Claudio traditū ē: Tres. n. filios ſuperſtites dereliquit: Ex prima. n. vxore Ariſto-
bolum ꝓgenuit: ⁊ ex Beronice fratris filia Berenicianum ⁊ Hyrcanū Beronices autem
poſt huius Herodis mortē (qui eius maritus ⁊ frater fuerat) cū multo in viduitate ſtetiſſz
etiā cū fratre inceſtum cōmiſit: ſed ad euitandas oblocutiones Polemoni litie regi nupſit
Polemon aūt ꝓpter ingentes eius diuitias libenter id fecit: ⁊ vt perficere id poſſet circūci-
di ſe fecit: Sed eoꝝ nuptie non diu pmanſere. Quia Beronices (vt Joſephus ſcribit) ꝓ-
pter nimietatē mariti coitus eū dimiſit: Et ille ſolutis nuptijs: etiā Judeorum ſolēnitates
pariter dereliquit.
Agrippa igitur Junior magni Agrippe filius ⁊ ꝑdicti Herodis nepos vltimus Judeorum
rex: hoc āno ꝗ eſt nonus Claudij Impatoris ānus rex ab eodē deſignatus regnauit ānis 50
21. Uir certe prudētiſſimus atq; hebrea latinaq; lingua eruditiſſimus Rōanoꝝ ꝗ amātiſ-
ſimus Qui regno ſuſcepto mox oēs Judeoꝝ ſeditiōes atq; tumultꝰ ꝓ poſſe ꝯprimere ſtu-
duit huic itaq; (vt Joſephus ait) cū Tēpli cura a Claudio Ceſare fuiſſet comiſſa multos
ſucceſſiue remouit ⁊ inſtituit ſūmos pōtifices: Nā cū Felix Judee prefectus Jonathan pō-
tificē maximū in templo ſeditioſe interficere feciſſet Iſmaelez Siab filiū ſubſtituit: ꝓpter
ꝙ maxima inter pontifices ⁊ ſacerdotes orta fuit cōtentio: qr quilibet eoꝝ viros ꝓcaces ⁊
ſeditioſos colligens pro viribus nitebat fieri princeps: Quibus indignatus rex Agrippa
amotis oibus Joſepho Simonis quondā pontificis filio pōtificatū cōtulit: Quo rurſus
amoto Ananū Anani pontificis filium ſurrogauit. Ueꝝ hic ex Saduceoꝝ ſecta exiſtens
cū nimiū aſper ⁊ audax eſſet: ⁊ preter regis Romanorūq; volūtatē conciliū congregare tē-
ptaſſet pontificatum quē tribus menſibus tenuerat ei ſuſtulit: ⁊ Jeſu Danai filio cōceſſit:
Eoquoq; pōtificatu ꝓuato Jeſus alter Gamalielis filius ſuffectus ē: ꝓꝓ ꝙ ita magna iter

vtroſq₃ orta eſt ſeditio: vt ſepe collectis prauis hoibus ad cõflictũ lapidũ inciderent: Deni q₃ cum ⁊ Jeſus predictus abrogatuſ fuiſſet Mathie Theophili filio pontificatũ cõceſſit: ⁊ hic vltimus Judeoꝝ pontificũ fuit: ſub quo Romanoꝝ bellũ ꝯ̃ Judeos initiũ ſumpſit: Huic aũt regi Agrippe felix Judee ꝓcurator ex mandato Claudij multa (preter regni cõſuetudines) adiecit: vʒ Philippi Tetrarchiã ⁊ Traconitidẽ cũ Abela q̃ fuerat de Tetrarchia liſanie: Sed ⁊ Nero imꝑator poſtea partẽ quandã Galilee Tetrarche Tyberiadis ⁊ nõnulla transflumẽ Jordanis cõſtituta ſuꝑaddidit. propter qḋ ⁊ ipſe Ceſareã philippi Ciuitatẽ auctã in honorẽ Neronis Nerodiã appellauit. Atq₃ ibidem Theatrũ multa ipẽſa cõſtruẽs ꝑpetuo annalibus ſpectaculiſ cõdonauit: Ibi etiã i honorẽ Ceſaris multã frumẽti ⁊ Olei populo cõdonauit: dapeſq₃ cuilibet aduentãti opulẽter exhibuit: Et ciuitate oĩ ſtatuaꝝ pulchritudine exornata pene oẽm regiũ decus eo trãſtuliſſe viſus ẽ: Quãobrẽ Judeoꝝ odiũ ꝯ̃ ſe mirũimodũ cõcitauit. Deinde ad idignatiõis cumulũ aliud edificiũ magnitudine precipuũ in hieroſolimorũ palatio extruxit: in quo rege exiſtẽte videre poterat qcq̇d agebatur in templo: Neq₃.n. conſonũ videbat vt qs cum ſacra in templo celebrabantur (niſi eſſet ſacerdos) aſpiceret: Quapp Judei ⁊ maxime ſacerdotes excelſuʒ ſtruxere parietẽ ex oppoſito edis q̃ paries non ſolum edificij ꝓdicti aſpectum abſtulit: ſed etiam aliarum domorum que erant in exteriori templo. Pro quibus indignatus Agrippa vna cum feſto prefecto eis ꝓcepit vt ſtatim edificatũ opus deſtruerẽt que res multorum malorum ſeminarium fuit: De quibus infra dicet: Iſto namq₃ regnãte quinq₃ romani ꝓſides ſucceſſiue hieroſolime fuere videlicet Cumanus: Felix: Feſtus: Albinus ⁊ Florus: cum q̈bus ẽt maximã pacẽ ⁊ cõcordiã habuit: Sed cũ Florus vltimus multis malis Judeos attriuiſſet pre magnitudine malorũ compulſi fuerũt a Romanoruʒ fide recedere ⁊ aduerſus eos pugnare: quos Agrippa ⁊ oratione ⁊ obſecratione atq₃ lachrymis monebat ab armis animum cohibere: Ad cuius orationem multitudo non ſolum pacata ſed multo magis accẽſa ipſum iniurijs multis laceſſitum extra vrbem protinus pepulerunt: auſi quoq₃ ſunt nõnulli ſeditioſi in eum ſaxa iacere: Quibus contumelijs rex ab eis ſic affectus hieroſolimaʒ deſerens diſceſſit in regnum: Quid poſtea geſſerit: aũt quos filios genuerit nulibi inuenire potui.

50 Cumanũ patriciũ Romanũ (Agrippa rege ibidẽ cõſtituto) Claudius hoc ãno poſt Alexandrũ in Judeam prefectũ mittit: ſub quo (vt Joſephus tradit) tumultus maximi in hieroſolima oriri ceperunt: pro quibus maxima calamitas Judeos cõprehẽdit: q̃a in die Azimorum tanta orta fuit ſeditio: vt in portis tẽpli populo exeunte ex conculcatione eorum ad triginta hoium milia periſſe dicatur: factaq₃ eſt illa celebris feſtiuitas luctuoſa iudeis: poſt hec ſucceſſit latrocinantiũ tumultus: q̃ multorum malorũ fuit occaſio: Sed tumultu iter Galileos ⁊ Samaritanos ſedato ex Galilei etiã cuiuſdã interfectiõe confeſtim conflictus alius exortus eſt: pro quo maxime cedes ⁊ agrorum vaſtationes ſunt ſubſecute: Quãobrẽ multi Judeorũ ⁊ Samaritanorum in Tyrum ad Domitiũ Quadratũ Syrie ꝓcuratorem cõqueſturi de cumano ꝓfecto acceſſerunt: Quos cum vidiſſet Domitius ⁊ Cumanum hũc prebuiſſe cãm predictis calamitatib' intellexiſſet: q̄ i ꝓncipio auctores maloruʒ noluiſſet vlciſci: eidẽ cõtinuo Romã nauigare precepit redditurus rationẽ Claudio de hiſ que i regno male p ipſum geſta fuerũt. Auditiſq₃ Rome allegationibus ⁊ Samaritis nobilibus interfectis. Ceſar Cumanũ dignitate priuatũ iuſſit ab vrbe diſcedere: Pro quo felicẽ palãtis fratrem in Judeã ꝓfectum miſit:

Petronilla ſacratiſſima virgo diui petri aplĩ filia ⁊ q̇dem pulcherrima hoc anno qui eſt decimus Imperij Claudij annus poſt multa ſanitatũ remedia a pr̃e recepta migrauit ad
52 dñm: Eam quippe cum Flaccus Comes inuitam coniugio ſibi ſociari vellet tridui induciias poſtulauit: quo in tẽpore Jeiunijs ⁊ orõnibus vacans. tertio die ſtati vt chriſti dñi nr̃i ſacramentũ a ſancto Nicomede preſbitero accepit emiſit ſpm: Quamobrem Flacc' videns ſe fore deluſum: Eueſtigio Fellicolam eius ſociam ⁊ Nicomedem preſbiteruʒ varijs

tormentis vitā finir coegit: Corpus aūt eius Rome postea via Ardeatinū ſepultū fuit: Cuius diei celebritas ƀo kal. aprilis obſeruatur.

Nicomedē aūt p̄ſbiterꝝ petronille predicte virginis cōfeſſorē eodē anno predictus Comes Flaccus pro. x. interfici iuſſit: Nam cū eidē Flacco p̲latum fuiſſet ꝙ beate Fellicule virginis beate petronille ſocie corpus ſepelliſſet eū teneri fecit: ⁊ duci ad ſacrificandū: Qui cum diceret: Ego nō ſacrifico niſi deo omnipotenti qui regnat in celis non his excíſis qui in tēplis quaſi in carceribus cuſtodiuntur clauſi taꝫ diu eū plūbatis cedi fecit donec migraret ad dominum: Cuius corpus cum in Tyberim precipitatū fuiſſet a clerico ipſius nomie ⁊ opere Juſto collectū in ortullo ſuo ſepeliuit: Cuius feſtiuitas. 17. calendas octobris excolitur.

Philippus dn̄i noſtri Jeſu chriſti apoſtolus. hoc anno cū per. xx. ānis p̄ vniuerſam Scythiā p̄dicaſſet: illāqꝫ pene totā ad chriſti fidē cōuertiſſet hieropolim Aſie vrbē veniēs hebionitaꝝ hereſim q̄ chriſtū fantaſticā carnē ſumpſiſſe predicabāt extixit quāobrē infideleſ eū tenētes āno etatis ſue. 78. cruci affixerunt ⁊ martirem chriſti fecerunt: Cuius diei feſtiuitas primo calendaꝝ maiaꝝ celebratur. Jſte duas filias virgines poſt ſe dereliquit : que ambe cū patre ſepulte ſunt. 54

Trophin⁹ Pauli ap̄li diſcipulus Arelatenſis ep̄ūs hoc tēpore cū optie Arelatenſem fundaſſet eccl̄iaꝫ: de cui⁹ quidē fonte (vt Zozimus ſcribit) tota Gallia fidei riualos accepit: de quo etiā idē paulus q̄ eū illo predicādi gr̄a miſerat ad Tyrū ſcribēs meminit ibidē quieuit in pace: cui⁹ diei feſtiuitas. 4. calēdas Januarŋ̄ celebrat:

Lazarus Marthe ⁊ Marie magdalene ſororꝝ germanus ⁊ Maſſilienſis ep̄us quē dn̄s noſter Jeſus xp̄s a mortuis ſuſcitauerat ⁊ ipſe tertiodecio Imp̄ŋ̄ Claudŋ̄ āno ƀa morte migrauit ad dominū: Cuius etiam ſoror Martha nō longe poſt in dn̄o quieuit: Jn quoruꝫ venerabilem memoriā nō lōge a Bethania poſtea extructa fuit eccleſia: vbi (vt diuus ait hieron⁹) e vicino domus eoꝝ cōſeruabat: Huius quippe ſanctiſſimi viri ⁊ ſororis reliquie apud eandem vrbem precipuo venerantur obſequio: Lazari aūt huius feſtiuitas. 16. cal. Januarŋ̄ celebratur. 53

Helena Adiabenoꝝ prouincie Armenie Regina. que ſupioribus annis (vt Joſephus hꝫ) ad Judeoꝝ ritus cū filio Jazathe p̲uenerat ⁊ Hieroſolimā deuotionis cā̄ p̲perauerat p̲ hoc tēpus per apoſtolos ad chriſti fidē etiā cōuertit: qua conuerſa etiā chriſti fidelibus q̄ erant hieroſolimis valde p̲fuit: Quia cū grauiſſima fames quā Agabus p̲pheta p̄dixerat vniverſam Judeā ⁊ Syriā premeret ſicut Lucas in li. actuū ap̄loꝝ cap. 7. refet multā frumēti quantitatē ex Egypto adduxit ⁊ chiſtianis quāmaxime hieruſalem habitātibus ⁊ alŋ̄s īdigentibus largiſſime miniſtrauit ⁊ p̲petuū nomē ſibi cōparuit:

Uiri diſciplinis excellentes

Seneca qui et Lucius Anneuſ Stoycus p̄hus natiōe Cordubenſis Socŋ̄ philoſophi auditor ⁊ Neronis imp̲atoris magiſter: his tēporib⁹ Rome ī p̄cio fuit: De quo diuus hieron⁹ li. de viris illuſtribus meminit dicēs ꝙ fuerit vir catholicus ⁊ continētiſſime vite ⁊ p̲pterea eū in ſanctoꝝ cathologo ponit ⁊ maxie p̄p̄ frequētes Ep̄las pauli ad ipſuꝫ ⁊ ipſi⁹ ad paulū: Hic īter cetera ſuaꝝ gratiarum beneficia ſibi a deo collata tante fuit memorie: vt duo milia nominū recitata eo quo dicta ordine erant mox recitabat: ⁊ ducētos verſus a ducentis ſcholaſticis recitatoſ ab vltimo incipiens ad p̄mū vſqꝫ integerrime recitaret: De hoc aūt Seneca viro doctiſſimo nōnulla bene dicta a diuo p̄re Augu⁹. lib. de ci. dei cupidiſſime diſſeruntur. Quē tandē ante bienniū ꝙ petrus ⁊ paulus martirio coronarentur a Nerone ſeuiſſimo diſcipulo retributionis gratia interfectū fuiſſe legimus: Nā cū ſenes ad modū eſſet Seneca Piſoniane cōiuratiōis labe notatus (imo ob innatū in virtutes odiū) a Nerone p̲ cēturionē īdictū Senece fuit: vt ſibi ipſi mortē deligeret: q̄ cognita iperatoris volūtate petŋ̄t vt in tepenti aqua poneretur: ⁊ ibidē oēs vene eidē aperirent donec ſpiritū exalaret: ꝙ ⁊ factū ē: Hic nāqꝫ doctiſſim⁹ vir mlt̄a diuinaꝝ hūanarūqꝫ ſcripturaꝝ edidit

documenta: Quoꝝ vt inuenire potuimus noīa. etiā ⁊ libroꝝ principia hic ſigillatim ſubicimus videlicet.

Epiſtole ad paulum apoſtolum 14 Quarum principium ē: Credo.
Epiſtole ad Lucillū 88 principiū: itaqꝫ fac. De pauptate li 1 honeſta inqꝛ.
De beneficijs li 17 Inter multas: De ira ad Noatia li 3 Exigiſti a me
De copia verboꝝ li 1 Uirtutibus. De naturalibus qōnib' li 8 Gradinē
De ludis Senece li 1 Quid actū ſit i celo De morte Claudij li 1 Claudius
De ſnījs diuerſoꝝ li 1 Deliberat Cicero Rethoricoꝝ li 4 Exigitis rē
De cōſolatione ad Martiam li 1 Niſi te Martiane De imatura morte li 1
De vita beata li 1 Uiuere Galio De clamationū li 9
De tranqlitate animi li 1 Inqrēti mihi i me Tragediaꝝ li 10
De breuitate vite li 1 Maior ps mors De artib' liberalib' li 1
Ad matrē cōſolatoꝛ li 1 Sepe iā mr̄ optia De mr̄imōio: De teremotu: De. 4. vtutib'
De moribus li 1 Omne peccatū Prouerbia multa laude digniſſima
De remedijs for. li 1 Licet cōctorū ⁊ alia multa. Itē ad lucillum amicum
Cur viris bonis multa mala accidunt. Incipit. Queſiſti a me.
Ad Serenū: φ in ſapientē nec iniuria nec cōtumelia cadūt: pncipiū: tantū inter.

Lucanus Anneus pdicti Senece nepos orator ⁊ poeta celeberrimus hac tēpeſtate. quāuis patruo iunior: ob ingenij tn̄ magnitudine Par illi habitus ēſt: hic namqꝫ ipſius Senece ex Mela eius Iuniore fratre nepos fuit. Qui pmo Rome ſub Rhemmia polemone ⁊ Cornuto ſtuduit a quibus ⁊ optime edoctus eſt: vbi habuit condiſcipulos ſibi gratiſſimos Perſium flaccum: ⁊ Salleum baſſum: quos mirumimmodum dilexit: hic ob eius ingentes virtutes a Nerone in curia vocatus diu gratiſſimus ei fuit: a quo ante etatez queſtor dictus etiam Auguratus ſacerdotium pauloport aſſecutus eſt: Tandem ⁊ ipſe de coniuratione Piſoniane apud Neronē accuſatus: ab eo (ſicut Seneca) accepto mortis arbitrio venas ſibi precidere fecit: Et cum ſe morti appropinquare cerneret: hos verſus prenunciauit dicens:

Sanguis erat lachrymē quecūqꝫ foramina venit
Humor ab his largus manat cruor ora redundant:
Et patule nares ſudor rubet omnia plenis.
Membra fluūt venis: totū eſt pro vulnere corpꝰ. Quibus expletis ſtatim e vita diſceſſit pridie. k̄l. Maij eo anno quo ⁊ Seneca patruus: Cuius corpus ſepultum fuit i hortis ſuis: Scripſit hic Saturnalia ſiluarum li. 10. Medeā inſuper ⁊ Orpheū. Incendiū vrbis Incendiūqꝫ Troianū cū priami calamitate: at phaſaliā li. 10. 1. de fluuio cholchoꝝ phaſis noiato: ⁊ alia multa.

Perſium Flaccū. Satyricū poetam clariſſimū: patria ethruſcū: Lucani pdicti cōdiſcipulum atqꝫ in oibus germaniſſium cū eo in hoc tēpus floruiſſe patet: Qui ⁊ ex patre Edte Rōano i volaterana Ethrurie vrbe natus eſt: vbi pmū vſqꝫ ad duodecimū etatis ſue annum ſtuduit: vbi ⁊ beniuolentiā illuſtriū viroꝝ Calphurni ſtature Seruilij numani: Lucaniqꝫ ac Senece pparauit: Cūqꝫ ad decimūſeptimū peruēiſſet ānū Annei cornuti amicitia vſus eſt: ita vt nūqꝫ ab eo diſcederet: Erat quippe Perſius iſte leuiſſimoꝝ morum verecundie virginalis: fame pulchre: pietatis potiſſimū erga matrē ſororēqꝫ amitam: Scripſit aūt Satyraꝝ librū licet imperfectū: ſed pretexta ſcripſit: vꝫ inſigne quidā romanū quod ſupra tunicas: honorati nobiles romani deferebāt: Et Opeion librū vnū: ⁊ paucos ad Sororem verſus: Deceſſitqꝫ vitio ſtomachi anno dn̄i. 66. Etatis vero ſue (ſm Euſebiū) 30. Et Rōe in predijs ſuis ſepultus eſt.

Cornutus phus ⁊ poeta Tragicus poeticeqꝫ ſecte princeps Perſij pdicti pceptor: his tēpib' in pcio multo exiſtēs: paulo poſt a Nerone crudeliſſimo ſine labe aliq̄ exilio dānatur Qui inter cetera ſue virtutis opa Perſij diſcipuli libros cōmētatus ē i phia ꝙ opuſcula

quedam edidit: Atqꝫ p̄ nimio amoꝛe optimā Perſij diſcipuli Bibliotechā cōparauit pre
ciūqꝫ ſoꝛoꝛibus (quas heredes inſtituerat) tradidit.
Clodiū Quirinalem Rhetoꝛē genere Arelatenſem: hiſdē tēpoꝛibus. Rome rhetoꝛicā doce
re cepiſſe. Euſebius ſcribit.
Palemon inſignis grāmaticus p̄ria vicentinus tēpe iſto Rome floꝛuit: Qui interogatus (vt
Euſebius refert) quid inter ſtillam ⁊ guttā intereſſet: Reſpondit: Gutta ſtat: Stilla vero ca
dit: Cum iſto namqꝫ. M. Antonius liberalis latinus Rhetoꝛ grauiſſimas exercuit inimi
citias.
Felix patricius romanus palantis frater vir p̄clariſſim⁹ hoc anno a Claudio Ceſare preſes
hieroſolimā mittitur qui ibidem (teſte Joſepho) duodecim annis magiſtratum tenuit: q̄ 55
in tempoꝛe Claudius defunctus eſt: ⁊ repente Nero imperij dignitatem obtinuit: hic non
modo hieroſolime: ſed etiam rebus que in omni iudee regione erant prefuit: ⁊ Agrippe
regi amiciſſimus fuit: cuius ſoꝛoꝛem Druſillam cum hic felix in Judeam adminiſtratoꝛ a
diſſet videns eam cunctis mulieribus precellentem ſibi in vxoꝛem accepit ex qua filium
ſuſcipiens eum (ob amoꝛem cognati) Agrippam appellauit: Ipſius deinde cognati amoꝛe
captus etiam Galileam ſibi creditam eidem a Nerone impetrauit: Cum igitur hic Felix
adminiſtrare cepiſſet: multi apud hieroſolimam ſurrexerunt: qui populum vanis ſuaſio
nibus deciperent: Inter quos (vt Joſephus li. 20. ca. 17. ſcribit) quidam Egyptius pſeudo
prop̄ha vnus fuit: qui multos ſibi aſſotians in ipſo magnarum rerum conatu a Felice p̄
exercitum oppreſſus eſt: Quo extincto denuo vniuerſa prouincia latronū ⁊ magoꝛū ho
mines ſeducentium repleta eſt: De quoꝛum numero Felix multos interfecit: Sed cū a Jo
natha pontifice maximo moneretur vt rebus Judeoꝛum mitius preſideret: ira ſuccenſus
ipſum pontificem per fraudem in templo interimerē fecit ⁊ poſt eum multos trucidare
mandauit: Que res apud Judeos defectionis ſeminarium fuit: Hac etiam de cauſa:
Nero Judeoꝛum querimonijs pulſatus ipſum felicem a prefectura remouit: ⁊ feſto digni
tatem conceſſit. Primates ſiquidem iudeoꝛum a Ceſarea Romam aſcenderant de felice i
iurijs conqueſturi: qui certe penas exoluiſſet condignas niſi amicoꝛum precibus Nero in
dulſiſſet.

Nero Ero Claudij priuignus ⁊ agrippine ex Gneo Domitio eius viro filius: ſextus Ro 57 5256
manoꝛum imperatoꝛ: hoc anno curente etiam octaua ⁊ ducenteſima Olympiade
imperare cepit: ⁊ imperauit annis. 14. menſibus. 7. ⁊ diebus. 8. Claudius enim moꝛiens
cum Britanicum filium ⁊ Octauiam filiam ex Meſſalina vxoꝛe genuiſſet: tamen ſuade
lis Agrippine vxoꝛis Neronem priuignum ⁊ Generum imperij ſucceſſoꝛem deſignauit ⁊
Britanicum filium p̄pꝛium regni extoꝛem fecit: Fuit autem Neroni p̄pꝛium nomen Do
mitius ſicut ⁊ patri: Cui belue cum Claudius Ceſar Octauiam filiam vxoꝛem dediſſet:
eum Neronem appellauit: At tum Nero hoc pacto cum imperium adeptus fuiſſet felici
tatis magnitudine abuſus eſt: ⁊ viroꝛum omnium ſeuiſſimus omniumqꝫ flagitioꝛum ge
nere inquinatiſſimus ⁊ Auunculo Galicule omnibus in rebus ſceleratioꝛ ⁊ deterioꝛ eſſe
cepit: Magnam namqꝫ Senatus partem quaſi ei inſidias tetendiſſent interfecit: Poſt q̊s
in omes etiam vir nequiſſimus immanitatem ſuam conuertit: Et pꝛimo quidem ſeuitiā
ſuam (vt premiſſum eſt) in Senecam preceptoꝛem ſuum virum ſenem exercuit: Poſtmo
dum in Lucanum poetam: Deinde in Piſonem ⁊ coꝛnutum philoſophum quem in exi
lium egit: In Agripinam quoqꝫ matrem ſuam ſeuit: vt infra dicetur: quam pro muneris
retributione interimere fecit: non ſolum pro matris officio hoc ei impudens: ſed etiā (vt
Joſephus ait) q̄ ei ſuis machinamentis prebuerit Romanum pꝛincipatū: In octauiam
preterea vxoꝛem ⁊ Britanicum cognatum: ac in omnes denique qui aliquo in precio apō
Ciues eſſent: vſus eſt crudelitate: incendij inſuper vꝛbis Rome ad ſimilitudinem ardentis
Troie auctoꝛ pariter ⁊ ſpectatoꝛ fuit: Et cum hoc incēdium ei aſcriberetur ipſe ad abolen
dum hunc rumoꝛē ſuboꝛnatis falſis teſtibus culpam chꝛiſtianis imponere curauit. vnde

ꝛ prima in chriſtianos perſecutionem incipiens(preter Petrum ꝛ Paulum apoſtolos)innumeros interfecit chriſtianos: Tante nāqꝫ fuit luxurie vt frigidis lauaretur vnguētis ꝛ aureis piſcaret retibus: que purpureis funibus attrahere conſueuerat: Ad vltimū vero per amentiā ad hiſtrionum opera ſenāqꝫ peruenit: vbi turpiter videntibus ꝓceris cecinit ꝛ ſaltauit: Cuius ſeuitiam ꝛ peſſimam vitam Boetius li. 2. metro ſexto lamentabiliter commemorat dicens:

Nouimus q̄ntas dederit ruinas: / Urbe flammata patribuſqꝫ ceſis:
Fratre qui quondā feruſ interēpto / Matris effuſo maduit cruore:
Corpus ex viſu gelidū per errans: / Ora nō tinxit lachrimis ſed eſſe:
Cenſor extincti potuit decoris: / Hic tamē ſeptro populos regebat:
Quos videt cōdens radios ſub vndas: / Phebus extremo veniēs ab ortu:
Quod premūt ſeptē gelidi tryones: / Quos nothus ſicco violentus eſtu:
Torret ardentes recoquēs arenas: / Celſa num valuit poteſtas:
Uertere praui rabiē Neronis: / Heu grauem ſortē quotiēs iniquus:
Additur ſeuo gladius veneno:

Hic itaqꝫ cū a Seneca viro preſtātiſſimo in Rhetorica ac ph̄ia optime edoctus fuiſſet. oīa hec vitia in Imperij ſui principio ita occultauit vt bonā ſpem omnibus pre ſe ferre videretur: Nā in vrbe ꝛ extra multa ſplendide edificauit: ꝛ inter cetera Thermas Rome ſuo nomine ꝛ domū aureā ac porticū triū miliū paſſuū mira celeritate perfecit: Judeis quoqꝫ plurimū fauit ꝛ quāmaxime Agrippe eoꝝ regi cuius regno multa adiecit: Tandē vo hic Nero toto orbi inſignis belua poſtea q̄ ꝑdictū tempus in his obſcenitatibus ꝑduraſſet ita Irā ꝛ odiū populi romani in ſe cōcitauit vt tumultu excitato quā diligentiſſime ad penas ab oībus quereretur: Qui e palatio fugiens ad quartum vrbis miliariū inſecutus ibidem in ſuburbano liberti ſui inter Salariā ꝛ Numentanā viam ſemetipſum āno etatis ſue. 32. interfecit: In eoqꝫ oīs Ceſaꝝ familia conſumpta eſt: Eius aūt corpus(vt ex priuilegio ordinis noſtri habemus)intra vrbem delatū ad portā flāminiā ſepultum ē: Ubi quadragintaquinqꝫ ſupra ſeptingētos fere annos vſqꝫ ad paſchalis primi pōtificis maximi tempora permanſit: ſupra quod Nux arbor naſci cōtigit: quā Demones inſederant locum cuſtodientes q̄ multos ꝑ eam portā ex vrbe exeūtes crudelem ī modū lacerare cōſueuerant: Quod aīaduertens idē Paſchalis pōtifex ꝓmotus populi ſui malis que in dies ꝑ pe ſingulos nūciabant ea de cauſa euenire: Jeiuniū Ciuitati indixit. obſecrauitqꝫ īmortalem deū vt populū Romanū a tam deteſtabili eriperet clade: Cui tādem beata v̄go Maria apparens indicauit ei oſſa Neronis ibidē eſſe cōdita: monuitqꝫ vt e loco illo ea in tyberim ꝓiceret: Quod cū feciſſet cōfeſti inde oīs demonū vis expulſa ē: Uiſoqꝫ miraculo pōtifex eo ī loco in honorē beate v̄ginis eveſtigio altare erexit: Deide Edes in ipſi⁹ beate v̄ginis honore extructa fuit: Que etiā a noīe facti: q2 ex tunc a populo frequētari cepta fuit Eccleſia ſancte Marie de populo appellata eſt: Ubi pp huius facti memoriā inumerabiles pene indulgētie ꝑ ſummos pontifices poſtea cōceſſe fuerunt: Quē ſane locū ꝛ Eccl̄iaꝫ fratres ordinis nr̄i Eremitaꝝ diui Auguſtini poſtea ꝛ deinceps incoluere: Et porta ante Flaminea vocata: ex illo etiā ꝛ deīceps populi porta ē appellata. Demū Syxtus hui⁹ noīs q̄rtus pontifex maximus pauli Bergomēſis ibidē digniſſime ꝑſidentiſ hortatu ꝛ induſtria Eccl̄iam a fundamētis maxima cū ipenſa inſtaurauit: vt latius in calce voluminis ī eiuſdē Syxti pontificis vita dicetur.

Feſtus Romanus patricius ſexto Neronis Impꝛ̄j anno ab eodem Imperatore poſt Felicē
63 preſes in Judeā miſſus ꝑfuit ānis duobus: vir q̄dē iuſtus ꝛ v̄tutis amator q̄ ſuſcepto magiſtratu vno ordine negotijs ꝑeſſe ſtuduit: vnde cū vniuerſam ꝓuinciā latronib⁹ plenam offendiſſet: viribus q̄bus potuit purificauit ꝛ illos qui illā infeſtabant ſollicite perſequi cepit ꝛ latrones multos interfecit: Hic(vt Lucas euangeliſta refert) Paulū apoſtolū cū p̄nte Agrippa rege rationē ſue religiōis exponere tētaſſet. vinctū Romā ad Neronē trāſmiſit.

Albinus aũt ⁊ ipſe Patricius Romanus poſt fm annũ predicti feſti i p̃fecture magiſtratu 65
ſucceſſor fuit: ⁊ quattuor ãnis prefuit: Uir q̃dem calidus auaruſq; atq; malignus qui nul
lam iniquitatis ſpeciem pretermiſit: ⁊ quoad prefuit vniuerſa in Judea ꝓfanauit: Nã( vt
Joſephus tradit)non ſolum Ciuibus furabatur: ſed ſingulorum ſubſtantias diripiebat
atq; latrocinantibus fauebat: ⁊ qui eamobrẽ a decurionibus cõprehendebant: accepta a
cognatis ⁊ parentibus pecunia relaxabat: Et ꝓpterea in hieroſolimis hac de cã facinoro-
ſoꝝ(qui res nouare cupiebant)creuit audacia: Nam quos cõſtabat officijſ indignos ⁊ ſup
plicijs dignos q̃libentiſſime ad dignitates ⁊ vrbis officia ꝓmouebat: his etiã qui tumultũ
in vrbe excitabant nõ modo nõ indignabat ſed etiã largitionibus ſe redimentes fauebat:
Unde ⁊ multiplex dñatio ſui cã in vrbe ſurgere cepit que ab illo tempore ſemina future
captiuitatis ⁊ excidij ſparſere: ⁊ bello Judaico dedere principia. Quo autem fine eius vi
ta fuerit clauſa non inueni.

Florus geſſius ⁊ ipſe decimo Impij Neronis anno q̃nto aũt ⁊ decimo regni Agrippe(teſte
Joſepho)Albino p̃dicto ſucceſſit. Qui magiſtratu inito multis malis vt vir malign⁹ vio 69
lentuſq; Judeos attriuit ⁊ p̃magnitudine maloꝝ eiuſ Albinũ quaſi iuſtũ iudicẽ Judei lau
dabãt: Quia malignitatẽ ſuã callebat ⁊ occultabat: ne dep̃henderet a turba: Hic aũt qua
ſi ad docendã neq̃tiã miſſus iniquitates ſuas in Judeos apta malignitate demõſtrabat qr
neq; direptionib⁹ parcebat: ſed modũ iniuſti ſupplicij effrenata rabie ſequebat: Ad miſe-
randũ.n. iflexibilis erat ⁊ auarus oibus lucris latronũq; direptioib⁹ coicabat: Quapp in
felices Judei cũ ei⁹ latronũq; direptiões ſuſtinere nequirent multi ex eis receſſere ⁊ relictis
patrũ ſuoꝝ ſolẽnitatibus ad alienigenas ſe trãſtulere nationes. Quib⁹ malis pmoti Ju-
dei ſo Flori huius admiſtrationis ãno bellũ contra Romanos ſuſcepere menſe. ſ. Maio
quod per annos. xij. protractum fuit: Hic autem Florus vxorem nomine Cleopatram ha
buit: malignitate marito non minor que a Popea Neronis vxore hanc marito dignitatẽ
obtinuit.

### Perſecutio xp̃ianoꝝ prima.

Nero itaq; Impator tertiodecimo Impij ſui ãno ſup oia ſcelera ſua etiã i chriſtianoſ p̃m⁹
perſecutionem exercere cepit. In qua p̃ter Petrũ ⁊ Paulum apoſtolos etiam in fraſcripti 70
ſingulares viri Rome ⁊ alibi glorioſo martirio coronati ſunt: Quoꝝ de numero quadra
ginta ſeptẽ p̃mo fuere a beato Petro aplo baptizati: q̃ cũ eodẽ aplo in cuſtodia cõtinerent
tandẽ ſub deuotiſſima fidei cõfeſſiõe ibidẽ Neroniano gladio. 2. idus Martij conſumpti
ſunt: Quo die eorum natale celebratur.

Nereus itẽ ⁊ Achileus fratres Romani Ciues ⁊ ipſi ſub hac perſecutione Rome martirio
coronati ſunt: hi primo apud Inſulam pontiam longum pro chriſto duxere exilium. poſt
modũ a quodã Judice grauiſſimis attriti fuerunt verberibus: deinde cum ad imolandũ
equuleo ac flãminis cõpellerentur dicerentq; ſe a beato Petro aplo baptizatos nulla poſ
ſe ratione Idolis imolari capite ceſi ſunt. Quoruz natale. 4. idus Maij eccleſia celebrari
mandauit.

Proceſſus etiã ⁊ Martinianus Romani milites a diuo Petro in carcere baptizati: ⁊ ipſi
cum Neronis iuſſu oris contuſionem equuleũ Neruos Fuſtes flammas ſcorpioneſq; per
peſſi fuiſſent nouiſſime ſexto nonas Julij martirio coronati ſunt. Quo quidem die ⁊ eo-
rum feſtiuitas celebratur.

Torpetus inſup Romanus Ciuis q̃ apud Neronẽ magnus fuerat hac ipſa tẽpeſtate iuſſu
Neronis chriſti martir efficitur. Quẽ primo Alapis cedi deinde verberibus diutiſſime af
fici ac beſtijs deuorandũ tradi mãdauit: Sed cum minime lederet caput ei obtruncari p̃
cepit: ⁊ hoc q̃dem. 16. kal. Julij geſtũ quo die feſta eius celebrant.

Torquatus quidam ⁊ ſecũdus Cecilius. Eſtiuus ⁊ Euphraſius ſanctiſſimi chriſti confeſſo
res ⁊ ipſi vno die hoc tẽpore apud hiſpanias mãdante Nerone martirio coronantur: hi
aũt oẽs ab aplis petro ⁊ paulo epi apud Romã ordinati cõfeſtim ad p̃dicãdũ verbũ dei

hiſpanis infidelibus fuerunt directi: vbi cū varijs in vrbibus euangelizaſſent ⁊ innume-
ras eius gentis multitudines chriſtiane fidei ſubiugaſſent: Tandem Torquatus acci. Ce-
cilius belybori ⁊ Eaphraſius Eliturgi ciuitatibus conditi quieuere: Quo℞ natalicius dies
ſextodecimo kal. Junij celebrari poſtea mandatum eſt.

Nazarius pretcrea cuiuſdā Aphricani patricij Romani filius a beato Lino epo baptizat⁹
⁊ ipſe quoq₃ apud Mediolanū vrbem ab Anolino vrbis prefecto per hoc tēpus martir
chriſti efficitur: Qui cū oēm predicando peragraſſet Galliā: ⁊ apud Carmelū ciuitatē filiū
cuiuſdam vidue Ciuitatis ipſius ꝑmarie noīe Celſum baptizaſſet Mediolanum redijt:
vbi cum dei vrbum predicaret ab Anolino ibidē preſide capitur: ⁊ carceri cū codē Celſo
puero mancipitur. Et poſt nō multos dies cū eode Celſo puero gladio occiditur: Eorum
aūt corpora cum diu latuiſſent (ſicut ſanctus Paulinus eps ſcribit) tēpore Archadij ⁊ Ho
norij Imperato℞ a beato Ambroſio mediolanēſi epo dn̄o reuelāte reperti fuerūt: Quo
rū feſtiuitas. v. cal. Auguſti celebratur.

Marcellum q₃ ⁊ Apulleum inſignes viros ſub hac perſecutionis rabie apud Romā mar
tirio coronatus fuiſſe conſtat: hi ꝑmo per apoſtolum Petrum relicto Simone mago (cu
ius erant diſcipuli) doctrine apoſtolice ſeſe tradiderunt: quo audito Paulopoſt ab Aure-
liano viro conſulari detendi iuſſu Neronis martirij coronam Nonis Auguſti reporta-
runt: Quorum corpora non longe ab vrbe ſepulta referuntur. Eorum autem natale No
nis Auguſti celebratur.

Frontonius etiam quidam petragoricus epiſcopus natione Romanus vir ſanctus quē Pe
trus apoſtolus ſuperioribus diebus epiſcopum ordinauerat: ⁊ cu₃ Sergio p̄ſbitero (quē
multos verbo pꝛedicationis ad fidē chꝛiſti conuerterat:hiſdem ēt diebus:quinto calēdas
Julij in pace quieuit:quo etiam die:eius natalitius dies celebꝛatur.

Julianus Cenomanenſis epiſcopus:quem nonnulli Simonem lepꝛoſum a domino libe-
beratum fuiſſe aſſirmant:quiq; ꝛ dominum hoſpitio ſuſceperat per hoc ꝙ tempus mi-
grauit ad dominum:hunc enim apoſtoli poſt domini aſcenſionē ibidē oꝛdinauerāt ep̄m:
vbi inter cetera eius miracula:tres moꝛtuos a moꝛtuis reſuſcitaſſe fertur. Et cum ſanctus
habitus ſit eius natale.5°.calendas febꝛuarij agitur.

Julianum item alium:qui vtrūq; parentem neſcius confoderat:his ꝙ tēpoꝛibus poſt lon
gas ꝛ inceſſabiles lachꝛymas atq; arduam penitentiam.6°.calendas Julij in dño quieuiſ-
ſe dicunt:quo etiam die eius memoꝛia recolitur.

Perſecutio chꝛiſtianoꝛum ſecunda.

Domitian9 itaq;.12.Imperij ſui anno:ſecūdā poſt Nerionē in xp̄ianos exercēre cepit pſecu
tionē. Jn qua ꝛ Joānes aplus ꝛ Euāgeliſta in pathmon Inſulā relegat9 fuit:vbi ꝛ apoca
lipſiz vidit:quā manu ſua ꝯſcripſit paſſiq; ſūt iter ceteros Cletus ꝛ anaclet9 pape:ꝛ alij ꝙ

infra deſcripti. videlicet.

Domicilla virgo ſanctiſſima Flaui clementis ex ſorore neptis (quā idē ſanctus Clemens ſacro velamine conſecrauerat) ſub hac perſecutiōe: pp nomē xpi: cū alijs plurimis i pontiaz Inſulā deportata: ibidē longū duxit exiliū: vbi cū multos doctrina ⁊ miraculis ad fidem xpi cōuertiſſet: in cubiculo domus ſue cū Euphroſina ⁊ Theodora atq3 alijs virginibus a quodā Tyranno exuſta eſt. Nonis. ſ. maij: in quo die eius feſtū celebratur.

Nicomedes item Romanus pſbiter: ſub hac Domitiana perſecutiōe Rome in via Numētana paſſus ē. Qui cū diceret cōpellētibus ſe ſacrificare: Ego nō ſacrifico niſi deo oīpotēti qui regnat in celis plumbatis tam diu ceditur: donec exalaret ſpiritū. Et deinde: iter celebres ſanctos relatus. xvij. kalēdas octobris eius natalicius dies celebratur.

Hermacoras Aquilegienſis Archieps: ⁊ tocius venetie prouintie prothopreſul diui Marci diſcipulus a beato petro apoſtolo ibidē ordinatus tempeſtate hac: cum inter multa ſanitatū miracula: ⁊ predicatiōis inſtantiam: populorūq3 cōuerſionē multa penaruz genera expertus fuiſſet: ad vltimum cum Fortunato Archidiacono ſuo quarto idus Julij capitali ſententia perpetuam ſibi gloriam comparauit: Sunt tamen qui dicant: eum cū regionem noſtrā deo lucratus fuiſſ3: ſub Nerone ſecuri percuſſum: martiriū compleuiſſe. Hic Syrum papienſem epiſcopū habuit diſciplū virum vtiq3 ſanctiſſimu3: qui mira ſanctitatis edidit opera.

Dionyſium ꝙ3 Ariopagitam phm ⁊ Aſtrologū clariſſimū pariſienſem epm: in hac pſecutione cū Eleutero Archipreſſbitero ⁊ Ruſtico Diacono pariſij paſſum fuiſſe tradūt. Qui cū a clemente. Ro pontifice: ex precepto beati petri ad Gallias pdicatiōis gratia directus fuiſſet: ibiq3 vſq3 in preſens tēpus cōmiſſum ſibi opus ardenter exegiſſ3: a prefecto pariſiorū3 vrbis noīe feſcennino vna cū ſocijs nonagenarius gladio percuſſus martiriū compleuit: hic eſt ille Dionyſius Ariopagita phus ⁊ Aſtronomus qui Athenis cū ceteris Aſtronomis in dñi nři Jeſu xpi paſſione: dixit: Aut deus patitur: aut ordo nature deſtruetur: Quem poſtea paulus apoſtolus baptizatū diligenter inſtruxit: ⁊ Athenienſium epm ordinauit: vbi deinde predicationi inſiſtens: Ciuitatem ipſam: ⁊ maximā regiōis partē chriſtiane fidei ſubiugauit. Hic cū ceteris apoſtolis vt in li. de diuinis noib' ipſemet teſtatur: Dormitioni dei genitricis interfuit: poſtea vero cū audiſſ3 apoſtolos petrū ⁊ paulu3 a Nerone Rome detentos: epiſcopum ſibi ſubſtituens. Romam ad eos viſendos venit: poſt quorum felicem exitum a Clemente epo (vt premiſſum eſt) in Gallias cum ſocijs directus eſt: vbi ⁊ ſeptimo idus octobris martirio coronatus eſt: Et cum doctiſſimus haberetur: ſcripſit ea que ſubiecta ſunt. videlicet.

| | | | |
|---|---|---|---|
| De eccleſiaſtica Jerarchia. | li. 1. | cuius principiū eſt: quia quidem | |
| De celeſti Jerarchia | li. 1. | principium | Omne datum |
| De diuinis nominibus | li. 2. | principium | Nunc celo |
| De myſtica theologia | li. 1. | principium | Trinitas ſup: Extant ⁊ eiuſdē epře |

12. Quarū prima ſecūda tertia ⁊ quarta Gaio ſcribitur. Quinta Dorotheo: Sexta Soſipatri: Septima polycarpo epiſcopo: Octaua Demophilo: que incipit: hebreorum hiſtorie: Nona eidez: Decima Joāni euāgeliſte icipiēs: Saluto te ſanctā animam: vndecima ⁊ Duodecima Appoliphino de Eclypſi in paſſione dñi: ꝙ incipit: Nūc mihi ad te ſermo ē.

Clemens natiōe Ro. de regiōe Cely mōtis pře Fauſtino: poſt Cletum pontificem ſedit annis. 9. diebus. 10. Hūc beatus petrus (vt ex Epła ad beatū Jacobū hieroſolimitanū miſſa conſtat) poſt ſe Romanū cōſtituit epm: Sed cū eēt oīum modeſtiſſimus Linum 91 5290

papa quartus ⁊ cletū pdictos ſpōte in honore ſibi ptulit. Qui cū doctrina: ⁊ religione ac pietate inſignis haberetur: numeros pene hoīes ad xpi fidem cōuertit: quibus ⁊ aliquos tractatus ⁊ epiſtolas Eccleſie nomine edidit. Deinde Eccleſiā. Ro. inſtitutis ⁊ moribus cōfirmaturus cōſtituit ne quis vnq̄ Eps Diacono abſcēte celebrare pſumeret: ſicut Gratianus i Canone teſtatur. 93. di. c. Diaconi. Vetuit item laicis: ne quem clericorū accuſare preſumerent: vt

neruis crudis ceditur deinde vrbiſ preſidi vt ſacrificare compelleretur traditur. Qui eū duriſſio ꝛ ſqualido carceri ſtatī recluſit vbi ꝑ quattuoꝛ dies eidem cibum omnem negauit. Inde eidem preſidi exhibitus: prunas ardentes ſuper caput eius apponi iuſſit. Et cū gratias deo ageret flagellis iterum ceditur ꝛ nudus capite deorſum verſo ſuſpendit. ꝛ bulienti aqua corpus eius perfunditur. Et cum adhuc martiris chriſti maxillas fregiſſent: preſes ex tribunali corruens triſtem emiſit animam: Quo audito. Imperator eū leonib⁹ obici precepit. Sed fere manſuete facte pedibus martiris ſe inclinauerunt videntes ſceleris miniſtri tulerunt ſanctum martirem ꝛ inter duas columnas gladio percuſſerunt: ſub die. 15. calendas Septembris: Corpus vero eius a chriſtiāis nocte ſublatum ibidem miliario ab vrbe primo poſitum eſt in. Sarchophago nouo nutu diuino inuento.

Calepodius autem preſbiter ſanctiſſimus: ꝛ ipſe ad Alex. predicto. Jmperatore: per hoc Rome interfici pro chriſto iubetur. ꝛ eius corpus per ciuitatem ignominioſe pertrahi ꝛ ī tyberim iactari precepit. Cuius natale. 6. idus Maij celebrari iuſſuꝫ eſt.

Palmachius etiā. Romanus conſul cū vxore ꝛ filijs ac alijs promiſcui ſexus numero. 42. ſimiliterqꝫ cū Simplitio ſenatore Romano vno ꝛ eodem die iuſſu Alex. decollatus eſt: Quorū quidem capita ad terrorem chriſtianorum per diuerſas vrbis portas ſuſpendi iuſſa ſunt.

Martina Romana virgo: ꝛ quidem ſanctiſſima: per hoc tempus cuꝫ eximie chriſtiane veritatis virtutis eſſet mulier ab Alex. principe conprehenſa: cū chriſtū negare omino recuſaret. diuerſis tormentoꝝ generib⁹ eius iuſſu cruciat. et cū adhuc ī fide immobilis ꝑmaneret gladio ceſſa: martirij palmā ꝑmo die Januarij promeruit.

Tyburtius qꝫ ꝛ valerianus preclariſſimi. Romani Ciues: ꝛ ipſe ī hoc tumultu ab. Almachio vrbis prefecto cōprehenſi. pro chriſto martirium conſtanti animo paſſi ſunt. eos eiꝫ primū fuſtibus duriſſime cedi fecit. ꝛ tandem gladio interfici precepit: Maximinus autē vir illuſtris cū eis tam diu plūbatis ceſus ē donec ſpūm exhalaret: celebratur aūt eorum feſtiuitas. 18. calendas. Maij.

229 Cecilia virgo Romana corporeo decore moribus magnanimitate ac ſanctitate. ꝛ laudabili pudicicia ac caſtitate ſplendida. hoc anno poſt multos agones martirium pro chriſto cōſtātiſſime pertulit: hāc. n. cū parētes vnicā haberent filiā cū regijs fere diuitijs Ualeriano cuidā patricio nobiliſſimo Juueni ſed infideli matrimōio copularūt: Quē quidē vna cū fratre ſuo Tiburtio ad credēdū in chriſto ꝑdocuiſſet ad martiriū tandē tollerandū induxit: Quod cū Almachius vrbis ꝓfectus didiciſſet eam victā ad ſe adduci fecit ꝛ Jdolis Jmmolare ꝓcepit: ſed cū nollet ꝛ diceret ſe chriſtianā eſſe: poſt multos cōflictus iuſſit eaꝫ in balneo calidiſſimo ꝛ bulienti ꝑ diē ꝛ noctē cōcremari: ꝛ cū nullam leſionē ꝑſenſiſſet iuſſit ibidē eo in balneo decolari: quā ſpiculator tribus ictibus ꝑcutiēs nequaqꝫ caput amputare potuit. Sꝫ ꝑ triduū ſupueniēs: oīa que habebat paupibus chriſtiāis tradidit: ꝛ qs ad fidē xpi ꝯuerterat vrbano pape comēdauit dicēs. Triduanas a dño mihi poſtulaui inducias: vt hanc domū meā Eccliaꝫ cōſecrares: qbus dictis ſpūꝫ emiſit. Corpus aūt ei⁹ ſanct⁹ Urbanus iter duos epos ſepeliuit: ꝛ domū ſuā vt iuſſerat in Eccliā cōſecrauit: paſſa ē āt beatiſſima virgo. x. kal. Decēbris quo die ei⁹ feſtū celebramus.

Quiricius ꝓterea Romanus patricius ꝛ ipſe vna cū Julita matre hac tēpeſtate apud Romanā Ciuitatē alijs inumerabilibus ſecū iunctis martiriū idibus Julij cōpleuerunt: ꝛ eo die eoꝝ natale celebrat.

Uiri diſciplinis excellentes.

230 Uulpianus Jurecōſultus vir preſtātiſſimus Alexādriqꝫ ꝑdicti ꝑncipis aſſeſſor: his tēpibus teſte Euſebio ꝑꝑ eximiā eius ſciētiam atqꝫ doctrinā apud eūdē Jmpatorē maxio in ꝑcio habitus eſt: Et ꝓceteris doctorib⁹ vocabula ꝛ leges antiquas explanauit: atqꝫ alia multa monumenta ſcripto poſt ſe reliquit.

Paulus patauinus ſimiliter in phīa ꝛ Jure ciuili celebratiſſimus: per hec tēpora floruit: ꝛ

ad cōponendā rempu. Romanā ſup̄ioꝝ Imperatoꝝ vitio ꝛ ſordibus labefactatā alexandro p̄dicto Imp̄atori plurimū auxilio fuit ꝛ nōnulla ea in facultate cōpoſuit: que adhuc extare videntur.

Juliū quoqꝫ frontinū ph̄um ꝛ in oī doctrina ſciētiſſimū cū ſup̄ioribus floruiſſe ꝛ Alexandro auxilio fuiſſe cōſtat: Nam ꝛ ipſe multa cōpoſuit ꝛ Alexādro ipſi ad res ſimiliter cōponēdas adiumēto fuit.

Beryllus q̄dā Arabie ep̄us vir doctiſſimus cū eiſdē (teſte hieronymo) floruit. Qui licet poſtea in hereſim que chriſtū ante incarnationē fuiſſe negat delapſus fuerit: Origenis tamē ope ad veritatē reductus nōnulla poſtmodū cōſcripſit: ꝛ quā maximū Ep̄las multas in q̄bus Origeni ipſi gr̄as plurimas agit. Extat ꝛ eius Dialogus ꝛ Origenis in quo ab origine rep̄hendi de hereſi querit.

Triphonē etiā origenis auditorē ꝛ diſcipulū hiſdē tēporibus floruiſſe ꝛ librū de vaca ruffa in Deuteronomio ꝛ alia multa cōpoſuiſſe diuus hiero⁹ ſcribit: Et cū in oī doctrina eruditiſſimus eſſet vir ad eū origenes multas dedit epiſtolas.

Ambroſius q̄dā grecus dyaconus p̄ hoc ipſum tēpus (teſte hiero.) cōfeſſionis gl̄ia plurimū inſignis fuit: hic p̄mo Martionites exiſtēs ab Origene correptus chriſti ſeruus euaſit inclitus: Et p̄pterea Origenes ipſe multa poſtea eidē dictauit volumia: Sed ꝛ ipſe vt erat ī genīj elegātiſſimi vir plurima cōpoſuit opuſcula.

Minutius felix inſignis tū Romanis cauſidicus ꝛ ipſe p̄ hoc tēpus vt teſtat̄ hiero⁹. Dyalogū ſcripſit in quo chriſtianū ꝛ Ethnicū diſputātes inducit: q̄ octauus inſcribitur: Scripſit qꝫ ꝛ cōtra Mathematichos librū vnū. De quo Lactātius in libris ſuis meminit.

Origenes ille magnus natione Alexādrinus Leonidis martiris filius: ꝛ Eccl'ie Alexādrine preſbiter ph̄oꝝ atqꝫ theologoꝝ oīum ſui tēporis p̄nceps hiſdē tēporibus (vt tradit Euſebius li. v. eccl'iaſtice hiſtorie) Alexādrie floruit: hic cū ab ipſis cunabulis xp̄ianiſſimus eſſet: ꝛ eminētiſſimi ingenīj adoleſcens euaſiſſet poſt patris obitū xp̄i fideles a Tyrānis per tormenta oppreſſos pro poſſe fouit ꝛ ad mortē p̄ductos intrepide aīauit: Inqꝫ hebionicorū hereſim expugnauit q̄ chriſtū ex Joſeph ꝛ Maria natū hoīem purū eſſe dicebāt ac legē Judaico ritu ſeruandā p̄dicabāt: ſed ꝛ multos p̄clariſſimos (vt ſup̄ius mōſtratū ē) hereſibus infectos ad fidei veritatē ſua doctrina traduxit: Atqꝫ deo in vigilījs Jeiunījſqꝫ ac crebris orōnib⁹ ſeruiēs cōſilio euāgelico vnā tm̄ tunicā iduere voluit. ꝛ de craſtino oīno vnq̄ꝫ cogitauit: per multos etiā annos (vt Euſebius refert) calciamentis vinoqꝫ (niſi ob ſtomachi releuanda incomoda) abſtinuit: Sup lectum preterea plumis ſtratū nūq̄ꝫ dormiuit ꝛ a carnibus ſe oīno abſtinuit: Et in tm̄ caſtitatis amator fuit vt zelo fidei: licet nō ſ̄m ſcientiam: ſe caſtrauerit: ob cuius doctrinā atqꝫ eloquentiam ꝛ ſanctiſſimā vitam Mammea Alexandri Imperatoris mater chriſtianiſſima eum audiēdi deſiderio capta. ex Alexandria Antiochiam aſciuit: ꝛ eius meliſluā doctrinam audire voluit: habebat hic preter alios ſcriptores ſeptem Juuenes ſeptemqꝫ puellas qui omnes ſimul ex eius ore diuerſas ſcribebant materias: Unde ꝛ porphyrius ipſum laudans: Dicit omnia platonis ſecreta eum fuiſſe conſecutuꝫ: Mille namqꝫ tractatus in eccleſia dei: vt diuus ſcribit hiero⁹: locutus eſt: in quibus: vt diuo Aug⁹. ꝛ hieronymo ipſi placet: multum errauit: Ex quibus quidem erroribus Origeniana hereſis proceſſit Dixit enim chriſtum quandoqꝫ ex maxima miſericordia ſua non ſolum homines ſed ꝛ apoſtatas Angelos redempturū fore: ſ̄m illud pſalmiſte: Non imperpetuū iraſcetur: neqꝫ in eternū cominabitur: Uerūtamē ipſe Origenes: vt q̄dā aiūt ī q̄dā Ep̄la quā ad fabianū papam ſcribit penitentiaꝫ de male platis agere videtur: Et cauſas ſui erroris in Ambroſium quendam emulum ſuū refundit: Qui ſcripta ſua ſecrete edita ꝛ minime correcta in publicū p̄tulit. Hoc mihi inquit p̄ſtiterunt amici mei: Si tacuero reus cēſear: ꝛ ſi reſpōdero inimicus iudicabor: Dura vterqꝫ conditio: ſed e duobus eligam q̄ꝫ melius eſt: hec ille in Epiſtola ſua: Et propterea multi clariſſimi doctores mirifice laudarunt: ꝛ quāmaxime Euſebius noſter ꝛ Ruffinus Aq̄ 231

legienſis ac alij multi: Ex libris aūt ſuis quos eccl'ia recipit vt in Canone. di.17. habet: hi
comentarij ſunt: Sup Geneſim Omelie.17. Sup exodum.13. Super leuiticū.18. Sup
numeri.28. Super Joſue.26. Super Judicū.6. De helchana tractatus vnus: Sup Job
li.3. Super cantica cāticoꝝ li.3. Super eandē Omelias duas: Super Jſaiā ſcripſit Ome
lias.9. Sup Jeremiā.14. Super Ezechielem.14. Itē ſupe Mattheū omel.26. Sup Lu
cam li.38. Sup Joānē tractatū vnū: In Ep'las pauli: li.x. Sup pſalmos Omelias.v. Et d̄
martiribus librū edidit vnū: Deniqꝫ anno ſalutis noſtre.256. ⁊ Etatis ſue. 70. deficiens
apud Tyrum ſepelitur. papa.19.

5434 235 Ontianus papa: natione Ro. patre Calphurno poſt vrbanū pōtificē ſedit annis qn
qꝫ menſibus.2. ⁊ diebus.2. Uir quidē optimus atqꝫ ſanctiſſimus. qui inſtigantibus
quibuſdam Idoloꝝ miniſtris ex mandato principis captus ⁊ in Sardiniam inſulam cuꝫ
philippo eius preſbitero deportatus eſt. Ubi per aliquod tēpus multas calamitates ⁊ tor
mēta pro fide chriſti fide pferens tandē occubuit: Cuius corpus poſtea Fabianus pōtifex
cum magna veneratiōe ⁊ ppl'i ſupplicatione Romā reportari fecit: ⁊ in Calixti Cemiterio
via Apia ſepeliri.13. kal. Decēbris quo die eius feſtū celebrari iuſſum eſt. Eoqꝫ defuncto
ſedes vacauit dies.x.

Cyriacūqꝫ papā Pōtiano huic ſucceſſiſſe vnoqꝫ āno ⁊ tribus menſibus ſediſſe multi ferūt
Sed qꝛ ꝯ patrū voluntatē papatui ceſſit: atqꝫ cum.xj. virginū milibus quas pene oīs ba
ptizauerat Agrippinā vrbē cōceſſit in pōtificū cathalago poſitus nō eſt: cū tñ ⁊ ipſe virgo
exiſtens cū virginibus illis martirio coronatus ſit.

Aximinus Auguſtus natione Thrax.25. Ro. Imperator: āno ſecūdo ducenteſime ⁊ Maximinus
5436 237 quinquageſime tertie Olympiadis: poſt Alexandrū predictum Ceſarem Imperium
ſuſcipiens Imperauit ānis.3. hic ex vtroqꝫ parente Barbaro apud Barbaros natus etiā
ibidē vſqꝫ ad pubertatis tempora enutribus eſt: Quē poſteaqꝫ bellū in Germania pſpere
geſſiſſet: mortuo Alexandro: milites ſine vlla Senatus auctoritate principē delegerunt: q̄
adeo magnus ⁊ pcero corpore fuiſſe dicitur vt octo pedes excederet longitudinis tantaqꝫ
pedum magnitudinem habuit: vt poſtea in prouerbiū ceſſerit cum de longis ineptiſqꝫ pe
dibus hoīum eloquimur: Maximini caligam ſeu calciamentum requirit: Eamqꝫ ob ma
gnitudinem ferūt eum vini amphoram vna cena bibiſſe: Hic ſextā pſecutionē poſt Nero
nem exercere cepit ⁊ quā maxime in origenē ⁊ Mameā Alexandri principis matrē xp̄ia
niſſimā. quoꝝ mortē ſūmopere cupiebat. Uerꝫ eodē āno quo ⁊ chriſtiāos pſeqꝫ cepit a pu
pieno quodā noīe Aqlegie (quā obſidebat) vna cū filio etiā noīe Maximino iterfectus ē.
Ferūt in ipſa Aquilegiana obſidione feminas Aqleienſes tante fuiſſe magnanimitatis: vt
cū Nerui ⁊ funes ad emitendas ſagittas viris ſuis deeſſent: ſibi ipſis capillos capitis preci
diſſe ⁊ ex ipſis funes Arcuū feciſſe: Unde poſtea in eaꝝ Glia templū Ueneri calue Sena
tus dedicauit.

5438 239 Ntherus papa: natione Grecus: p̄re Romulo: poſt pōcianū ⁊ Cyriacū pontifices ſe
dit annis.3. menſe vno ⁊ diebus.21. vir ſane optimus: qui (Gratiano ateſtāte) ſtatuit papa.20.
Epm neceſſitate exigente: ⁊ vtilitatis cauſa (interpoſita tñ ſummi pōtificis auctoritate) ad
aliū Epatū transferri poſſe: vt habet i Canone.7.q.1.c. Mutationes Epoꝝ: Primuſqꝫ
inſtituit ⁊ mandauit vt martiruꝫ res geſte diligenter exqſite a notarijs cōſcriberent: vt re
ſcripte agnoſcerent: Quibus geſtis cū vnū tm̄ creaſſet Epꝫ martirij palmā ⁊ ipſe adept' ē
⁊.3. nonas Januarij in Cemiterio Calixti via Apia ſepelitur quo q̄dem die eius feſtum
agitur: Quo mortuo ſedes vacauit dies.13.

Uiri diſciplinis excellentes.

Porphyrius Atheniēſis phus ⁊ quidem excellētiſſimus: p hec tēpora maximo i pcio fuit.
Qui ⁊ ſi Origenis pſbiteri pcipuus amator ⁊ laudator fuiſſet chriſtiani tñ noīs acerri
mus pſecutor fuit. Et ppa multas obtrectationes ⁊ Blactratiōes ꝯ Orthodoxā fidē igeſ
ſit: qs quidē diuus pr̄ Augu' ꝯfīdit: Attñ vt idē pr̄ Aug'.4. de. ci. de. teſtat. i ſuis ſcriptis

Maximi-nus

poſuit deum prēm ꝛ filiū ab eo genitū: ꝛ ſpūm ſanctū ab eo ꝓcedētē: in q̄ trinitatē perfe-
ctam ꝛ eius miſteriū ſenſiſſe videt͛: hunc eundē nō his tēporib⁹: ſed multo antiquiorē fuiſ-
ſe Aug⁹. refert. Hic inter cetera Yſagogas. i. introductiōes ad Ariſtotelis Cathegorias. i. p̄
dicamēta adiecit ꝛ cōſcripſit ac alia multa edidit.
Juliū q̄ꝫ Aphricanū inter ſcriptores ſui tēporis nobiliſſimū hiſdē tēporib⁹ fuiſſe ꝛ floruiſſe
(diuus hiero⁹) refert: Qui inter cetera De trinitate volumē ꝑgrande cōſcripſit: Itē de pa-
ſcha. Deqꝫ Sabbato. De Circūciſione: De Attalo: ꝛ De tēporibus libros qnqꝫ: ꝛ ad ma-
gnū Origenē Eplam: in qua oſtēdit Suſane fabulā apud hebreos nō haberi: Hic igitur
cū litteraꝝ amator ꝛ cultor exiſteret ꝛ multis diuitijs floreret apō Ceſareā paleſtine vrbeꝫ
Bibliothecā inſignē ſuo noī cōdidit. Et cū honorabilis plurimū haberet vt teſtat͛ hiero⁹
legationē ad. M. Aureliū Antoniū Ceſarē pro inſtauratione Caſtelli Emaus ſuſcepit: ꝙ
poſtea rehedificans. Nichopolim appellauit.

Gordian⁹ Ordianus vigeſimuſſextus: Ro. Imꝑator anno ꝑmo. 254. Olympiadis poſt p̄di- 240 5439
ctū Maximinū tyrānum adhuc puer imperare cepit: ꝛ impauit ānis. 6. Nam cum
idem maximinus preter Senatus auctoritatem Imperium vſurpaſſet. Senatus ad de-
turbandū cum tres declarauit Imperatores: e quibus Pupienus ꝛ Albinus poſt p̄m
principatus ānum a militibus interfecti ſunt: tertius vero Gordianus hic adoleſcens Au
guſtus declaratus ſex oīno annis Imperium tenuit: Qui Imperio potius vt erat p̄ſtantiſ
ſimi animi vir cōfeſtim parthis bellū intulit: qui iam ob Romanorum diſcenſiones mo-
liebantur erumpere: quos etiam facilime ingenti virtute ꝛ Clade ſuperauit ꝛ aflixit. De-
niqꝫ dum ad triumphuꝫ Romam rediret: non longe a Romanis finibus philippi fraude
occiſus eſt: qui ꝛ poſt eum Imperauit: Huius aūt principis hec precipua fuit laus ꝙ cum
eruditus vir eſſet Biblyothecam maximā extruxit: in qua ad ſexagintaduo libroꝝ milia
collocauit.

Abianus papa: natione Ro. ex patre Fabiano natus: poſt Antheꝝ pōtificem. ſedit 241 5440
papa. 21. annis. 13. menſibus. xi. ꝛ diebus. xi. Hic mortuo anthero pōtifice dū in via de futu
ro pōtifice deligēdo colloqueret͛: cōfeſtim diuinitus quedā Colūba ſupra caput eius: vt
Martinus tradit: aſtitit dicens. Rome Epus coronaberis: Et diuinitus ſic electus ſtatim
ſeptem Dyaconibus regiones diuiſit qui Martirum res geſtas ſumma diligentia inueſti
garent ꝛ ſcripto mandarent: Idem quoqꝫ in Cemiterijs pro eoꝝ martirum dignitati edi
ficauit: Conſtituitqꝫ: Gratiano teſtante: vt nulla appellanti ſe inferretur pena vt habetur
in Canone. 2. q. 6. c. appellantem: voluit item ꝙ quilibet poſt datam contra eum ſententiā
poſſet ſe appellare: vt. 2. q. 6. c. licet: ſtatuit item: ſi quis ſacerdoti alicui vllam inferret in-
iuriam inexcommunicationis ſententiam incideret. 3. q. 1. c. Deus: Mandauitqꝫ: vt vbi cri-
men admitteretur: ibi quoqꝫ ꝛ cauſa rei mulctarentur. 3. q. 6. ca. vbi ſemper. Et vt accuſa
tus non niſi in foro ſuo iudicaretur. 3. q. 6. c. Si quis: Uetuit etiam ne quis ſimul ꝛ ſemel
teſtis ꝛ accuſator ꝛ Judex eſſet: vt. 4. q. 4. c. Nullus: vetuit quoqꝫ ne quis ex conſangui-
neis vxorem duceret. vſqꝫ ad quintum conſanguinitatis gradum. 35. q. 4. c. de propinqs:
Uoluit preterea: vt quilibet chriſtianus ter in anno ſe comunicaret. ſ. in paſchate reſurre-
ctionis: penthecoſte ꝛ natiuitati domini vt de conſe. di. 1. ca. Et ſi nō͛: Et vt ſingulis annis
ſanctum Chriſma in Cena domini renouaretur ꝛ vetus in eccleſia combureretur: de cō.
di. 3. ca. litteris veſtris: Huius tempore Nouatiana hereſis ortum habuit: quam ꝛ multo
labore exterminauit: Denique cum multos Dyaconos preſbiteroſqꝫ atqꝫ Epiſcopos per di
uerſa loca creaſſet ſub Decio Ceſare martirio coronatus in Cimiterio Calixti ſepelitur:
cuius quidem natalicium vna cum diuo Sebaſtiano. 14. kal. Februarias celebratur. quo
mortuo Epatus ceſſauit dies ſex: Ad hūc magnus ille origenes (multis ſublatis hereſib⁹)
de ordine fidei ſeruando multa cōſcripſit.

Scyſma primū.

Nouatus qdā ſācte. Rōane Ecclīe. Cardialis p̄ſbiter: his tēpib⁹ Eccleſiā dei ſcīdere ꝛ ꝑtur

242 baſ curauit. ⁊ ne pōtificat'i manus Cornelij viri ſciſſimi atq̃ doctiſſimi deuenire poſſet quēdā. Nouatianū extra Eccleſiā pōtificē ordiauit. ⁊ Nicoſtratū i Aphrica: atq̃ ita oīa diuina ⁊ hūana pturbauit. Et ipſe ab Eccleſia ſe ſeperās: ſe ⁊ ſuos ſequaces mūdos. i. ſanctos appellare fecit: Et apoſtatas etiā penitētes recipiendos eſſe omino negabat ⁊ pdicabat: propter qd: ⁊ Rome Cōciliū ſexagita Epoꝝ totidemq̃ pſbyteroꝝ ⁊ diaconib' mltiſ celebrari neceſſariū fuit: Ubi ⁊ Nouati: Opinio Improbata fuit. vt hēt i. Decretiſ. 7. q. i c. Nouat': Quod. Saluatoris nr̄i exēplo: nemini petēti denegāda ſit venia: Et hoc ſācte Romane. Eccl'ie pmū fuit. Scyſma: Alie ēt hereſes hui' tpib' pullulare cepere. ⁊ maxie helcheſataꝝ hereſis: q̄ paulū aplm reſpuebat: quas oēs magnus ille Origenes (vt diximus) ſuſtulit

hilippus huius nominis primus. 27. Ro. Imperator. hoc anno: qui eſt quartus ducenteſime et. 55. Olympiadis: Gordiano iterfecto. Imperare cepit: ⁊ Imperauit an Philippus
5445 246 nis. 7. Hic natione Arabs fuit. et ex pfecto ptorij (Gordiano p fraudem obtruncato) ſuffragijs omnium creatus eſt Imperator: Qui antea vxorem nomine Serenam duxerat: ⁊ Philippum ex ea filium ſuſceperat: quem quidem adepto Imperio ſtatim Imperij conſortem fecit: Hic itaq̃ a Fabiano pontifice Romano edoctus primus omnium ex Romanis principibus vna cum vxore filioq̃ Philippo baptizatus chriſti nomen confeſſus ē. Quo audito origenes ad eoſdem litteras de fide dedit: Ipſis autem baptizatis ⁊ confeſſis milleſimus annus conditionis Romane vrbis expletus eſt: propter q Philippus ipſe innumerabiles in Circho cōſtituit ſolēnitates ⁊ ludos in Campo Martio tribus diebus ⁊ noctibus populo celebrauit: vbi ēt cōplurimas beſtias Imolauit. Ipſos tn̄ ludos longe ante a Ualerio publicola poſt exactos Reges iſtitutos de cēteſimo ⁊ cēteſimū ānū Rōani repetebant: atq̃ ita Agon mille ānoꝝ exactus ē. Hos tn̄. ſ. pr̄em ⁊ filiū Decius cāpi ductor vir pfidiſſimus ambitione ductus ſua perfidia diuerſis i locis poſtea interfecit. Nā patrē Uerone filiū vero Rome occidere p iſidias fecit: hi nāq̃ cū Deciū ipſum haberēt iſenſum theſauros ſuos Fabiano pōtifici cōtulerūt: ppter qd ⁊ odiū maximū Decius in xp̄ianos concepit: ⁊ eos vbiq̃ pquiri ⁊ interfici mādauit: Hic igit Philippus quarto Impij ſui āno vrbē ex ſuo noīe in Thracia cōſtruxit.

Uiri diſciplinis excellentes.

249 Dionyſius Alexandrine eccl'ie ep̄us vir eruditiſſimus origenis magni auditor his tēporib' Ep̄us deſignatus ſedit ānis: 17. Hic cū qdā edidiſſet opuſcula etiā ad diuerſos ō hereſib' iſectos Ep̄las plīmas dedit: ſed ⁊ ad Fabianū papā de penitētia vnā ſcripſit Ep̄lam: ⁊ ad Romanos vnā: Ad Philemenē vnā: Ad Sixtū papā duas: ad Dionyſiū etiā papā vnā: ⁊ poſtea tres ad Nouatianū pdictū Scyſmaticū: in qbus repḣendit euꝫ q a corpore ſancte Romane Eccl'ie diſceſſiſſet: Scripſitq̃ ⁊ alias plurimas: vꝫ: De exilio: De mortalitate: De Sabbato: De paraſceue: De pſecutiōe Decij: Atq̃ duos libros aduerſus Nepotē Ep̄um ⁊ ad Origenē magiſtrū ſuū: De martirio: Ad Armenos de penitētia: Et ad Dionyſium libros. 4. Atq̃ de ordine delictoꝝ: ⁊ alia multa.

Amenius qdam ph̄us vir dicēdi peritiſſimus: p hoc tēpus (Euſebio teſte) Alexandrie clar' fuit: Qui inter cetera igenij ſui pclara monumēta de Moyſi ⁊ Ieſu naue cōſtātia elegātiſſimū edidit opus: atq̃ euāgelicos excogitauit canones: qs poſtea Euſebi' ſecutus fuit: hūc nāq̃ porphirius ph̄us falſo accuſabat: q ex xp̄iano Ethnicus factus fuiſſet.

5449 250 Ornelius papa natione Ro. ex pr̄e caſtino: poſt Fabianū pōtificē ſedit ānis. 3. vir certe eruditiſſimus q Hieronymo teſte multas ſcripſit ep̄las: Ex qbus vnā ad Fabium Anthiochenſis Eccl'ie ep̄m de Synodo Romana ⁊ Italica atq̃ Aphricana ſcripſit ep̄laꝫ aliā de Nouatione heretico ⁊ ſocijs ei': Tertiā de Synodi geſtis: Et quartā ad eundē Fabiū ep̄m valde plixā de Nouatiani hereſi: ad ep̄m vo octo Cypriani martiris extāt ep̄le religionis ⁊ fidei plene: hic itaq̃ (Gratiano teſte) multa cōſtituit: ⁊ quāmaxie vt nullū a Sacerdotib' (niſi pro fide) exigeret ſacramētū: ſicut habet in Canone. 22. q: v. c. ſacramēta: papa. 22.

Statuit itē vt oia q̄ in abſentes in oi negotio ⁊ loco agerent ſeu iudicarent oio euacua-
rent.3.q.9.c.Oia q̄ aduerſus: Ceſuit ēt vt nullus ſacerdotū cām ſuā alieno cōmitteret iu
dicio niſi ad ſedē aplicā fuiſſet appellatum: Prius tñ ꝙ in exiliuȝ relegatus fuiſſet Lucine
matronē ſanctiſſime precib⁹ corpa aploꝝ petri ⁊ pauli e Cathacūbis leuauit ⁊ paulū q̄dē
via hoſtiēſi vbi fuerat decolatus in ipſius Lucine predio collocauit: Petrū vero vbi mar
tiriū paſſus fuerat.vȝ in vaticano vbi etiā nūc requieſcit reponere fecit: Creatis deniq̄ di-
uerſis tēporib⁹ in decēbrio menſe multis Sacerdotib⁹ Diaconibuſq̄ ac Epis poſt exiliū
ſuū ceſo ore ei⁹ plūbatis ⁊ aliis flagellis cū aliis vigiti Juſſu Decij Ceſaris Rome decolla
tus eſt. Sed ⁊ q̄dā miles noie Cerealis cū vxore ſua ſaluſtia quos idē pōtifex i fide iſtru-
xerat ſub eodem die capite plexus ē. Quoꝝ oium natale.18.cal.Octobris celebrat: Et tū
in ei⁹ obitu vacauit ſedes dies.35.

Decius Decius.28.Ro.Imperator:āno.2.ducenteſime ⁊ q̄nquageſimeſeptime Olympiadis 251 5450
Impare cepit: ⁊ Imperauit ānis.3.Euſebius tñ vno tm̄ āno ⁊ trib⁹ mēſibus regnaſ-
ſe dicit: Alij vero multo pluribus annis eū Impaſſe teſtātur: Utrūq̄ peſſimus fuit Tyrā
nus: Qui e panonia inferiore ciuitate Budalia natus cū ab exercitu cuȝ filio ſuo fuiſſet
Ceſar declarat⁹: Interfectis ꝑus duob⁹ philippis pr̄e.ſ.⁊ filio viris chriſtianiſſimis ⁊ dñis
ſuis: ſtatim in eoꝝ odiū ſeptimā in xp̄iāos (poſt Nerone) mouit pſecutionē: Qua q̄dē mul
ti diuerſis in locis pro fidei cōſtantia paſſi fuere: Uerꝝ dum ꝯ Emylianuȝ ſibi rebellem in
Meſſia pararet exercitum ⁊ ipſe a Barbaris crudeliſſime occiſus ē: adeo vt eius cadauer
nuſq̄ꝫ reperiri vnq̄ꝫ potuerit: Condigno certe dānatus Judicio. Hic aūt ſm Martylogiū
noſtrum ſexdecim annis regnaſſe videtur alioquin non videretur ſtare poſſe: ꝙ tot ſum-
mi pontifices.vȝ Fabianus: Cornelius: Lucius: Stephanus: ⁊ Sixtus legantur paſſi ſub
Decio: inde q̄dam volunt ex his ſexdecim annis: ⁊ duobus ānis Galerij reſtaurare dānū
illoꝝ decem ⁊ octo annoꝝ: qui in Chronicis Euſebij ⁊ Bede deſunt: ab anno.ſ.xv.Impe
rij Tiberij Ceſaris vſq̄ ad id tēpus. Sed inter hec: ſciēdum eſt: ꝙ Decius hic ſenior qui
philippuȝ Imperatorem occidit ⁊ eidem ſucceſſit Imperator fuit ⁊ tribus annis (vt dixi-
mus) Imperauit: ſub quo paſſus eſt Fabianus ⁊ Cornelius ſummi pōtifices: alius fuit
Junior Decius Ceſar quidē: ſed nō Imperator: Ac ſic iter iſtos duos Decios aliqui Im
peratores et ſummi pontifices intermedij fuere: vtpote Gallus et Uoluſianus: poſt quos
Imperauit Ualerianus cū Galieno filio: quaſi annis.15.ſub quib⁹ paſſi ſūt lucius. Ste
phanus et Sixtus ſūmi pontifices ac laurentius Dyaconus et Ypolitus cuȝ omni domo
ſua: Huic quoq̄ aſſertioni ſuffragari videtur: ꝙ Galienus fuerit binomius. Nam dictus
fuit Decius galienus aliqui etiam aſtruere volunt ꝙ vnus ⁊ idem ſit Decius qui conſti-
tutus fuit a philippo Ceſar et ille ſub quo paſſus eſt laurentius. Inde eſt ꝙ nuſq̄ꝫ in vita
in vita laurentij legitur Decius Imperator: ſed Ceſar: hoc enim antiquitus pluries conti
git: vt aliqui eſſent Ceſares non autē Auguſti ſeu Imperatores Et aliq̄ primū Ceſares
deinde Auguſti poſtremo fuerunt imperatores.

Lucius papa: pr̄ia Ro.pr̄e porphyrio: poſt Corneliū pontificē ſedit ānis.3.menſibus.
papa.23. 2.⁊ diebus.x. Hunc Uoluſian⁹ Impator: ꝑmo exilij pena dānauerat: Sed eo extin- 254 5453
cto ab exilio liberatus Romā glorioſius redijt. Et vt Gratianus dicit: Cōſtituit vt deinceps
duo pr̄biteri ⁊ tres Dyaconi ſemꝑ vbiq̄ locoꝝ comittarent Epm: eiuſq̄ vite teſtes habe
rent: vt patet in Canone de cōſe.di.1.c.Jubemus: declarauit itē loca in q̄bus ꝑmates vel
pr̄iarche ꝑ mūdū ordinari deberēt: vt.80.di.c.vrbes ⁊ loca: Qui ēt anteq̄ꝫ ad martirium
duceret oēm eccl̄ie poteſtatē Stephano Archidiacono ſuo pmiſit: ⁊ poſtq̄ꝫ martirio vitaȝ
finiuit: in Cemiterio Calixti via Apia.8.kal.Septēbris ſepultus eſt: quo q̄dē die ei⁹ nata-
le celebrat. Et tūc Epatus ceſſauit dies.25.

Martires ſub Decio paſſi.

Alexāder quidam hieroſolimitanus epus ꝑ hoc tēpus ibidē martiriū ptulit. Ipſe.n. lōge
antea ex Capadocia eo veniens deuotione cōmotus diuia etiā reuelatione hieroſolimitāe

Eccleſie gubernacula ſuſcepit. ⁊ vſqꝫ in ſeniam eandeꝫ cū ſūma ſanctitate ⁊ gloꝛia gubernauit: Sed poſt venerandam ſenectutem Ceſaream perductus ſub hac decij perſecutiōe ob fidei confeſſionem martiriū. xv. kl'as apꝛilis cōpleuit. cui⁹ dei celebritas eo die celebꝛat.

Abdon ⁊. Senen Sub reguli romani viri clariſſimi: ex Coꝛduba perſaꝝ vrbe oꝛiūdi: hiſ tumultibus poſt multos carceris ſqualoꝛes Romā cathenis obligati perducūtur: vbi cū diu diuerſis penaꝝ generibus diu fuiſſent macerati: Tandem. 3. kl'as Auguſti gladio percuſſi: martirium cōpleuerūt.

Agatha Scicula. virgo pꝛeclariſſima per hoc tēpus apud Cathaniā eiuſdem Inſule Ciuitatem ꝓ xp̄o martirio coꝛonatur: Nā Quintianus p̄fectus illam conpꝛehendens poſt alapas ⁊ carceres poſtqꝫ Equuleū ⁊ toꝛtiones: poſt etiā mamillaꝝ abſciſionē. ⁊ in teſtuliſ ac carbonibus volutationē eo Judicante in carcere gladio conſumata eſt. ſ. nonis febꝛuarij: q̄ die eius natale agitur.

Apolonia virgo ſanctiſſima ⁊ mulier memoꝛatu digniſſima: natione. Alexandꝛina: ⁊ ip̄a per hoc tempus martiriuꝫ pꝛo xp̄i nomine pertulit accerbiſſimū: Nam p̄ſecutoꝛes p̄mū dentes omnes ex eius oꝛe excuſſerunt. ⁊ multis plagis affecerunt: Deinde cū minarentur eam viuam ſe Jncenſuros niſi cū eis verba Jmpia pꝛoferret: Jp̄a paululū quid intra ſe metipſam deliberans repente de manibus Jmpioꝛum ſe pꝛoꝛupit: et in ignem paratum pꝛoſiliuit: Ac ſic martirij palmā q̄nto idus februarij. pꝛomeruit. Eius aūt ſanctum. Coꝛpus poſtea in. Jtaliam delatum: apud. Derdonā lombardie Ciuitatē i. Cathedrali Eccleſia ſeruatur.

Serapion patria. Alexandꝛinus et ipſe vir ſanctiſſimus eodem anno: apud. Alexandꝛiaꝫ a perſecutoꝛibus captus: crudelibus ſupplicijs afficitur in tantum: vt omnes ei⁹ coꝛpoꝛis iuncture pꝛius ſoluerentur. ſed adhuc viuens. a miniſtris diaboli de ſuperioꝛibus dom⁹ ſue partibus pꝛecipitatus: chꝛiſti martir efficitur. ⁊ eius natale. 18. kl'as decēbꝛis celebꝛat.

Juſtinus quidā. Romanus p̄ſbiter: per id ip̄ꝫ tēpus vna cū victoꝛia martiriuꝫ pꝛo chꝛiſto conſtantiſſime ſuſtinuit.

Meniatus ethꝛuſcus: vir celeberrimus: ⁊ ipſe apud. Floꝛentiam ethꝛurie vrbē octauo kl'as Nouembꝛis martirium pertulit. Cuius ſanctiſſime reliquie: adhuc ⁊ tēplo: ⁊ populoꝛum frequētatione a conciuibus ſuis plurimū venerantur:

Parentinus ⁊ laurentinus fratres patria ethꝛuſci: ⁊ ipſi apud Aretium eoꝝ vrbē vna cuꝫ Nichoſtrato dyacono ⁊ alij mlti: i hoc tumultu pꝛo chꝛiſto paſſi ſūt.

5453 254 Allus ⁊ voluſianus eius filius: vigeſim⁹ nonus Ro. Jmperatoꝛ. hoc eodem anno q̄ et lucius papa. Jmperare cepit: ⁊ Jmperauit annis. 2. Jſtis. Jmperātibus tanta peſtiſ in vltionem chꝛiſtiani nominis per totū oꝛbem exoꝛta eſt vt pauce domus nedū vrbes ⁊ pꝛouīcie extiterint q̄ nō eā ſenſerint calamitatē: ⁊ quā maxie apud. Egyptum: Alexādria De qua quidē Cipꝛiani martiris extat liber: hi itaqꝫ dū duobus ferme. Jmperaſēt annis duꝫ ꝓ. Emilianū reſ nouas in. Meſſia agitantē bellū parar ēt. in Teramne ab eodē necati ſūt. Emilianus aūt interemptoꝛ obſcuro loco natus. ⁊ ipſe tertio menſe ab. Jmperij occupatione oppꝛeſſus fuit. Gallus

Alerianus trigeſimus Ro. Jmperatoꝛ ducenteſima. octaua ⁊ q̄nquageſima Olym- Ualerian⁹
5455 256 piade. Jmperium ſuſcipiens: cuꝫ Galieno eius filio. Jmperauit annis. 15. Uir certe nobilitate doctrina: ⁊ eloquentia clariſſimus: ob cuius meritum ⁊ virtutes pꝛimus p̄ncipum. Romanorum: Ceſar et Auguſtus ſummo populi. Romani conſenſu delectus ē Hic a pꝛincipio ſanctos dei ita veneratus eſt: vt domus Eius Eccleſia dei putaretur: Sed poſtea per quēdam magum ſeu hereticū coꝛꝛuptus ⁊ depꝛauatus Catholicā fidē adeo deteſtari cepit: vt octauam in chꝛiſtianos poſt Nerone) exercuerit p̄ſecutionē: Cuius quidem crudelitas atqꝫ ſeuitia dei Judicio Romano oꝛbi non modicū p̄niciofa fuit: Nam paulo poſt Germani e pꝛouincia erumpentes cū magno Jmpetu hoſtili aīo: Rauenā vſqꝫ p̄uenere: ⁊ oīa igni ⁊ ferro vaſtauere: Deinde ipſe valerianus in Meſopotamia bellū mouēs

a Sapore perſarū rege tandē capitur: ⁊ luminibus priuatur: ⁊ i cathenatus vſq; in ſeniū illi cū ignominia ſeruiuit: Idq; officij ab eo ſortitus eſt: vt Sapore rege equū aſcendente incuruatus regē dorſa leuaret: Et merito quidem: quia ſine vlla miſericordia chriſtianos vbiq; perquiri ⁊ interfici iuſſerat: Galienus aūt eius filius: viſo in patre dei Judicio: licet ſero: pacē eccleſijs obtulit: ⁊ quicquid abſtulerat reſtituere fecit: Nā valeriano capto q̄dā Barbari ēt in Romanoꝝ fines eruperūt ⁊ multā p̄dā abſtulerūt Ac quidā pnicioſiſſimi Tyranni in Roma cōſurgētes: quod Domi reſiduū fuerat diripuerūt ⁊ peſſundauerunt propter q̄ Galienus ſibi cauens rempublicā deſeruit ⁊ Mediolanū cōceſſit: Ubi cū libidinibus ⁊ turpitudini operam daret a ſuis tandem turpiter occiſus eſt.

Tephanus primus: papa natione. Ro. p̄re Julio: poſt luciū pontificē; ſedit annis. 3. ⁊
Papa. 24 meñ. 2. Uir ſane optimus: qui ⁊: Gratiano ateſtante: conſtituit ne quis apud Judicem 258 5457
aliquē accuſaret: qui ſuis rebus ſpoliatus fuiſſet: ſicut in canone habetur. 2. q. 2. c. Nullus epoꝝ. Inſtituit itē: ne Sacerdotes ⁊ leuite ſacris veſtibus alibi q̄ in Eccleſia ad peragēda ſacramēta vterent: vt de cōſe. di. 1. c. veſtimēta: De rebaptizādis aūt ijs qui ad fidē redijſſēt eadē ſenſit que ⁊ Cornelius pontifex: neq; vllo modo ijs recomunicādū eſſe qui rebaptirent: Deniq; cū verbo ⁊ exemplo ac opere multos ad fidē chriſti ꝯuertiſſet a Galieno qui ⁊ Decio predicto queſitus vna cū pleriſq; ſuoꝝ ipſo miſſam celebrante ad martiriū rapt⁹ capite trūcatus eſt: ⁊ in calixti cemiterio. 4. nona Auguſti ſepelitus: Quo quidē; die eius natale celebratur: ⁊ tunc ceſſauit epiſcopatus dies. 22.

Cyprianus Eccleſie doctor eruditiſſimus ⁊ Carthaginenſis epus: hoc anno ſm Euſebium
Jubēte valeriano principe poſt longū exiliū. 8. kalēdas octobris detrūcatiōe capitis martiriū ꝯſumauit: ⁊ eo die eius feſta celebrant: Referunt ⁊ cū eo apud eandē vrbē paſſi Creſcentinus victor Roſula ac Generalis: Fuit aūt in primis Cyprianus hic gentilis: ⁊ excellentiſſimi ingenij vir: ac bonarū artium ſtudijs ornatiſſimus: Qui cum Rhetoricam in eadē vrbe ſplendidiſſime doceret ſuaſione Cecilij preſbiteri viri ſanctiſſimi: prius propter deū facultatibus ſuis errogatis: ad chriſtum dominum noſtrū conuerſus eſt: Ac paulopoſt preſbiter poſtmodū ipſius vrbis Carthaginenſis epus factus eſt: vbi tum docendo: monendo ac ſcribendo chriſti eccleſie prodeſſe curauit: Eius aūt clariſſimā vitam ac martirium pontius ipſius preſbiter ⁊ exilij comes egregio volumine conſcripſit: Que aūt ſcripſerit Cyprianus hic infra notantur. 259

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| De duodecim abuſiuis ſeculi. | li. i. | De aleatoribus | li. i. | Ad iulianū aicū ſuū. | li. i. |
| De mortalitate ſeu peſte egyptia. | li. i. | De laud martirij. | li. i. | Ad cecilium. | li. i. |
| De bono pacientie | li. i. | Ad fortunatum | li. i. | Epl'as nōnullas puas. | li. i. |
| De orone dominica, | li. i. | Ad demetrianū | li. i. | Ad donatū d gr'a di. | li. i. |
| De opere ⁊ Elymoſinis | li. i. | Ad Antonianū | li. i. | Ad corneliū papam. | li. i. |
| De zelo ⁊ liuore | li. i. | Ad quirinū | li. i. | | |

De lapſis librū vnū: In q̄ quidē oſtēdit magnam habuiſſe cū cornelio Ro. pontifice contentionē; affirmans lapſos oio redeūtes: eē rebaptizādos: Deinde ſcripſit librū de vnitate Catholice eccleſie: vbi oſtēdit ſe in ipſius Cornelij pontificis veniſſe ſentētiam: vt nō eſſe rebaptizādos hereticos: ſed ſola manus impoſitione in gratia recipiendos.

Pontius āt ipſius Cipriani pſbyter vir ſufficienter eruditus ⁊ in diuinis declamationibus egregio doctus: tempeſtate hac poſt Cipriani mortē in Gallis veniēs apud Cymellā vrbē martirij palmā adeptus ē. Ipſe enim ſua predicatione ⁊ Induſtria duos philippos imperatores ad chriſtū cōuerterat. Et inter cetera (vt p̄miſſū ē) egregiū Uolumē de vita ⁊ paſſione magiſtri ⁊ p̄ris ſui. Cipriani poſt ſe reliquit Et cū ſanctus habitus ſit ei⁹ feſtū. 2. idus maij celebratur.

Prothus ⁊ iacynthus beatiſſime Eugenie virgis Eunuchi: diu antea a beato heleno preſbitero baptizati: p hoc tēpus Romā; cum beata virgine Eugenia veniētes deprehenſi q̄ eſſent chriſtiani a Galieno imperatore idolis ſacrificare cogūtur: qui cū nullo modo aſſen

tire vellent primo eos duriſſime verberare fecit:ac ſic cū aquieſcere nollent.3.idus Septē
bris decollari precepit: Quorum corpora a chriſtianis collecta:ibidē in cemiterio Baſille
via Salaria ſepeliuntur.
Philippus aūt Alexādrinus Epus ꝛ Eugenie virginis pr̄:egregius vir ꝑ hoc epſuʒ tēpus
chriſti martir efficit:ipſe.n.prius apud eandē Ciuitatē ꝓfectus exiſtens prefecture dignita
tate derelicta baptiſmū chriſti ſuſcepit:ꝛ paulo poſt Epat⁹ honorē adipiſci ꝓmeruit queʒ
cū diu cū ingenti gloria ꝛ ſanctitate tenuiſſet:a perhemnio vrbis prefecto tandē in oratio
ne cōſtitutus gladio iugulatus eſt Cuius natalitius idibus Septembris celebratur.
Eugenia aūt clariſſima virgo ꝑdicti philippi epi ditiſſimi heres ꝛ filia:ꝑ hoc tēpus cū opu
lētiſſimū tū virtutū:tū diuitiarū patrimoniū a pr̄e apud Alexādriā ꝯſecuta fuiſſꝫ:primuʒ
ibidē multis erogatis diuitijs cū protho ꝛ Jacyntho ꝑdictis Eunuchis ſuis Romā venit
ac ibidē poſt virtutū plurima Inſignia poſt ſacros virginū choros ꝓ xp̄o Jeſu diu agoni
zans nouiſſime.8.kalendas Januarij iuſſu Galieni gladio iugulata eſt:
Nemeſius ēt Diaconus Romanus hoc ipſo tēpore vna cū lucilla eius filia Rome martirio
coronatur: Quē cū a fide chriſti:tyranni nequaq̄ʒ flecti poſſent iubentib⁹ valeriano ꝛ Ga
lieno Imperatoribus ſub die octauo kalendarum Septembriū decollati ſūt: Quoꝝ cor
pora cū Sixtus papa poſtea via Apia honeſtius tumulaſſet.ſ.ſecūdo kalēdas Nouēbris
eo die venerabilior ſolemnitas haberi cepta fuit.
5459 260 Sixtus primus papa:natione Grecus:pr̄ia Athenienſis:poſt Stephanū pōtificē:ſedit
annis.2.meñ.9.ꝛ dieb⁹.3.Uir certe(preter ſanctitatē)doctiſſimus ꝛ ph̄us clariſſimus
atq̄ꝫ inter pōtifices nō ſolū tp̄ris ſui:ſꝫ ꝛ ſuperioꝝ tēporū litteratiſſim⁹: Qui cū longe ante
pōtificatū predicādo ꝛ docēdo oēm peragraſſet hiſpaniā:ꝛ iter ceteros laurētiū ꝛ vincen
tiū leuitas ꝑcipuos ſibi delegiſſet diſcipulos cū eiſdē Romā poſtea rediēs:diuʒ ꝯſenſu pō
tifex maximus declaratus ē: Qui pōtificatu inito(vt Gratianus ſcribit)cōſtituit Miſſas
de cetero ſuꝑ altari cōſecrato a ſacerdotibus celebrari debere:vt hēt in canone de con[illegible]
di.1.c.Ueſtimēta: Uerū cū ſūmope hereſes quaſdā exhortas.vꝫ Sabelianoꝝ cherynthia
noꝝ ꝛ Nepotianoꝝ āniteret extiguere:ab eiſdē apud Galienū q̄ ꝛ Deciū accuſat⁹:ꝙ fidē
xp̄i ꝯ Auguſtoꝝ decreta predicaret:ad penā queſitus ꝛ dānatus eſt: Cūq̄ꝫ ad ſupplicium
duceret:laurētius eius Archidiaconus:ꝛ filius adoptiuus:cepit flere dicēs: Quo ꝓgrede
ris ſine filio pater:quo Sacerdos ſine miniſtro properas? Cui Sixtus: Ego:inquit:nō te
deſero fili mi:ſed maiora tibi debentur:ꝓ fide chriſti certamina:poſt eni triduum me ſe
queris Sacerdotē leuita: Atq̄ꝫ ita hic ſanctiſſimus pontifex:vno die:cum ſex Diaconib⁹
Feliciſſimo.ſ.ꝛ Agapito.Januario:Magno:Innocentio:ꝛ Stephano paſſus ē:pōtificis
aūt corpus via Apia in calixti cemiterio ſepultū fuit: Reliquorū vero corpora in Cemite
rio pretextati via Tyburtina: Et horum oīum feſta octauo idus Auguſti celebrantur. Et
tunc vacauit ſedes dies.35.
261 Sabelius hereticus a q̄ Sebeliani heretici:natione Pentapolitanus ex Ptolomaida Ciui
tate natus his tp̄ribus ſurrexit:ꝛ multorū maloꝝ Seminariū ſparſit:qꝛ huius peruerſiſ
ſime Sabelienitaꝝ ſecte inuentor ꝛ auctor fuit: Que quidē Secta ſtatim oēm Ciuitatem
Blaſphemijs repleuit:ipſe eniꝫ i primis deū pr̄em⁹ blaſphemando:negabat:chriſtū eiuſdē
dei ſūmi eſſe filiū:ꝛ primogenitū oēs creature:ac Spiritus ſancti auferebat intellectū: Di
cebat eni ꝛ predicabat vnā tantū patris ꝛ filij ꝛ Spiritus ſancti eſſe perſonā: Quaſobres
magne diſcenſiones ꝛ Scandala in Eccleſijs tam occidentalibus:quā orientalibus exorte
ſunt. Nec ipſe tandē diuinū euaſit iudicium:quia turpiter occubuit: Hic namq̄ꝫ Neotem
quendā hereticū habuit magiſtrū:qui patreꝫ cū filio paſſum:fuiſſe dicebat ꝛ affirmabat
vt habetur in canone 24.q.1.c. Quidam.
263 Laurētius hiſpanus Sixti pontificis Archidiaconus ꝛ filius adoptiuus:hoc anno Rome
via Tyburtina preſente Decio ſeu Galieno:poſt multa virtutuꝫ inſignia:ꝛ plurima tor
mentorum genera.vꝫ carceris verberum:ꝛ laminarum ardentiū exuſtionem:ad vltimū

4°.idus. Auguſti in craticula ferrea crudeliſſime aſſatus: martiriū conſtātiſſime cōpleuit: Hūc nōnulli cuiuſdā hiſpaniarū Ducis filiū fuiſſe dicūt: quē Demon infantulū e Luna i Nemus aſportauerat: ſed beatus Sixtus p̄dictus cū in eadē prouincia predicaret eū ſub quadā arbore lauro diuinitus inueniens laurentiū eū appellauit: ꝛ diligenti cura ipſum enutriri ac edoceri fecit: Quo adulto illū ſecū vna cū vincentio Romā perduxit: vbi poſtea factus pontifex conſtituit eum ſuum Archidiaconem.

Ippolitus aūt Romanus patricius ꝛ Galieni eiuſdē Ceſaris in vrbe Vicarius: ꝛ ipſe eodē anno ꝛ mēſe: poſtq̄ beatū laurētiū ſepeliuit: a Galieno cōprehenſus q̄ xp̄ianus eēt: diu ꝛ acriter cedit: ꝛ cū nollet Idolis ſacrificare iterū tam diu fuſtibus ceſus ē: donec cedētes deficerēt: ſ3 ꝛ cū iterū nō acquieſceret. Decius iracūdia plenus: p̄cepit valeriano cuidā prefecto: vt exquiſita oī eius facultate eū crudelit̄ examinatiōe īterficeret qui Imperatoris iuſſa cōplens: p̄ oēm ipſius familiā in cōſpectu ei⁹ decollari fecit deinde ipſum ligatis pedib⁹ ad colla indomitoꝝ equoꝝ p̄ cardetos ꝛ tribulos crudeliter trahi ta3 diu fecit donec emitteret ſpiritū: Quo defuncto nocte illa veniēs Juſtinus p̄ſbiter ꝛ collegit corpus ipſius cum corporibus ſeruoꝝ ſuoꝝ: ꝛ ſepeliuit eos foras muros porte Tyburtine iuxta Nymphas in Agro ventano idibus Auguſti ſepeliri quo die eorum natale celebratur.

Concordia aūt mulier plebea: p̄dicti Ipoliti Nutrix: ꝛ ipſa quāq̄ origine minus clara fuerit nōnullis tñ meritis ꝛ potiſſimū fidei ꝛ virtute cōſtantie his tp̄ibus ſe extollēdā perpetuo tribuit: Nā Ualerianus vrbis prefectus familiā Ipoliti ſibi preſentari feciſſet: Dixit: Conſiderate vitā veſtram ne ſimul cū dn̄o veſtro pereatis. Reſpondit hec concordia Nos cu3 dn̄o nr̄o deſideramus magis mori: q̄ impudice viuere: Ad cuius verba iratus preſes dixit: Genus ſeruoꝝ: nō niſi cū ſupplicijs emēdatur: Et iuſſit eam tam diu cu3 plūbatis cedi donec emitteret ſpiritū: Et corpus eius in Cloachā probici p̄cepit: S3 poſtmodū ſolertia Juſtini p̄ſbiteri inde extractū: honorifice ſepeliuit. ſ. idibus Auguſti.

Romanus q̄3 Miles: ꝛ ipſe ſequēti die: eo in loco paſſus eſt: hic quippe in confeſſione beati Laurentij diuinitus (ex viſione Angeli) cōpunctus ſe baptizari fecit. Quo audito Mox Judex eū fuſtigatū ſibi exhiberi p̄cepit: ꝛ viſa eius conſtantia dedit ſententiam vt decollaretur: ꝛ decollatus eſt. 5. idus Auguſti: Cuius corpus poſtea Luchā Ethrurie vrbe3 delatum honorifice ſepultum eſt.

Papa. 26. Dionyſius papa: cuius originē nō hēmus: hoc anno poſt Sixtū pōtificem pōtificiū munus ſuſcipiens ſedit annis. 6. Alij aūt duobus tm̄ ſediſſe dicūt: Sed Euſebius. 9. ānis ipſum ſediſſe aſſerit: Hic primus ex Monachis factus eſt pontifex: Qui nō modo ſanctitate ſ3 ꝛ doctrina inſignis exiſtens (Gratiano teſte) conſtituit: vt quis Infamis etiam hereticum vllo in Judicio accuſare preſumeret: ſicut habemus i canone. 2. q. 7. c. Alieni erroris: Mandauit item Judicibus tam ſecularibus q̄ Eccleſiaſticis: vt nemine3 damnarent ante quam per teſtes idoneos conuinceretur. 2. q. 1. ca. Primates: Hic in vrbe Roma primum Eccleſias ꝛ Cemiteria preſbiteris diuiſit: deinde foris Dioceſes ac parochias: ſimiliter diuiſit: mandans: vt quiſq̄ ſuis finibus contentus eſſet: vt etiam habemus. 13. q. 1. ca. Eccleſias: Hic licet decrepite eſſet etatis: Concilium in Antiochia ciuitate contra paulum eiuſdem vrbis epiſcopum celebrari mandauit: cui cum propter ſenium intereſſe nō poſſ3: ad eundem tamen per Maximum quendam Alexandrinum Epiſcopum litteras dedit. Tādē ꝛ ipſe martirio coronat⁹: i Calixti Cemiterio ſepelit: poſt quē vacauit ſedes dies. 6. 263 5462

Paulū quēdā Samoſatenū ep̄m virū vtiq̄ Eruditiſſimū: p̄ hec tp̄a ab Orthodoxa fide turpiter diſcedētē Arthemonis hereſim excitaſſe dicūt: Que quidē hereſis: Marie virginitati p̄dicebat aſſerebatq̄: q̄ poſt xp̄m natū ſe viro ſuo Joſeph ꝯmiſcuiſſe: ꝛ alios filios procreaſſe. Hic itaq̄ paulus cu3 indemortui Ep̄i locu3 Antiochenus ep̄us fuiſſet creatus ſuperbe nimium ſeſe habere cepit: Et intereundum pre Superbia: ꝛ litteras legebat: et dictabat ep̄las multis cōſtipato agurine p̄cedentibus ꝛ ſubſequentibus. Quamobrem pleriq̄ chriſtianam religionē deteſtari ceperunt: Is nāq̄ predicte hereſis Arthemonis aſſer

toꝛ negabat dei filiū e celo deſcēdiſſe: ſed a Maria originē accepiſſe: ꝛ initiū a terra hūiſſe: hanc obꝛem Antiochenſe conciliū Juſſu predicti Dionyſij pape celebꝛatum ē: quo patrum omniū conſenſu qui aderant ipſe damnatus eſt.

Martion alias Malchio quidā Antiochene eccleſie preſbiter vir diſertus his tp̄ibus (teſte hiero.) fuit ꝛ aduerſus predictū paulū arrogantē: multa diſſeruit ꝛ ſcripſit: ꝛ quāmaxime quoſdā Dyalogos qui vſq; ad tp̄a diui hieronymi ſteriſſe dicūtur: Scripſitq;: ꝛ aliā grandem epiſtolam ex pērſona Synodi ad Dionyſium predictum papam.

Gregoꝛius Ceſarienſis Epiſcopus: vir vti ſanctiſſimus atq; doctiſſimus huic cōcilio afuit ꝛ multa auctoꝛitate interfuit cuius ſententia maxime idem paulus hereticus damnatus eſt: De quo Euſebius in ſeptimo Eccleſiaſtice hiſtoꝛie libro multa cōmēdando diſſeruit: Qui ꝛ tandē ſub boꝛtatibus hereticis pꝛo fide chꝛiſti martirium ſuſtinuit.

Felix papa: natione. Ro. p̄re Conſtantino: poſt Dionyſium pontificem ſedit annis. 4. Papa. 27
5468 269 menſibus. 3. ꝛ diebus. 15. Uir vtiq; Juſtus ꝛ oī laude dignus: Qui ꝛ martirꝫ deuotioni conſulens: Mandauit: vt ſingulis annis ſacrificia martirum a chꝛiſti ſacerdotibus de cetero celebꝛarentur: Utq; nullibi quam in loco Sacro ꝛ a viris Eccleſiaſticis miſſa celebꝛaretur: vt habetur in canone: de conſe. di. i. c. Sicut non alij: Dedicationes quoq; Templorum etiam ſolemniter celebꝛari mandauit. Quod ſi de conſecratione alicuius Eccl'ie ignoꝛatum fuerit: vt pote vetuſtate ꝛ abolitione muroꝝ: conſecrari denuo mandauit; de conſe. di. 1. c. Eccleſijs: Et deniq; in Septembꝛio menſe multis creatis pꝛeſbiteris: Diaconibus: ꝛ Epiſcopis martirio coꝛonatus eſt. Sepultuſq; via Aurelia. 3. idus Julij: Et tūc ceſſauit Epiſcopatus dies. v.

Manichеoꝛum hereſis exoꝛdium.

Manes quidam hereticus genere perſa vir vtiq; Calidus atq; diabolicus moꝛibus ꝛ vita Barbarus his tp̄ibus fuit: ꝛ multa damna dama chꝛiſti Eccleſijs intulit: Is eiꝫ conuocatis duodecim diſcipulis (quo fidē oībus in rebus faceret) ſe chꝛiſtū pꝛofiteri auſus eſt: ꝛ ad interficiēdas deceptoꝝ aīas infandi dogmatis ſui. Ferale Cōmentū de Sacrilegis ꝛ fabuloſis mendacijs texuit: ꝛ per has inſanaꝝ opinionū Ruinas ſe ſuoſq; ſequaces ꝓruit: vt ſibi falſi coꝛpoꝛis fingeret xp̄m dicēs (vt leo papa teſtat) cū nihil i ſe ſolidū nihil verum hoīuꝫ ocul' actibuſq; ꝓbuiſſe: ſꝫ ſimulate carnis vacuā Imaginē demōſtraſſe: hic ēt cū ſeq̄cibus ſuis duo pꝛincipia eſſe affirmabat: vnū. ſ. boni alterū mali: vnū lucis: ꝛ alteꝝ tenebꝛarū. Teſtamētūq; vetus reſpuens: ꝛ nouū ſolū recipiēs: Ipſius aūt ſequaces: vt diuus pater Aug. li. 90. qōnū refert: nō oēs ꝓphetas ſed ex parte blaſſemabāt indignū Judicātes: vt Deus ꝛ dei filius femineis ſe immiſcuiſſe credatur viſceribus: ꝛ maieſtatem ſuam huic noſtre contumelie ſubdidiſſe: vt. ſ. noſtre carnis imixtus: in vero ſubſtantie coꝛpoꝛe naſceretur: cum totum: vt leo ait: illud opus non iniuria ipſius ſe potentia: nec credenda polutio: ſed gloꝛioſa dignatio: Quo autem tempoꝛe: ſeu qua in parte hic peſſimus deceſſerit: mihi incognitum eſt.

Claudius huius noīs ſe pꝛimus ꝛ trigeſimus. Ro. Jmpatoꝛ. 262. olympiade Imperiū Claudius
5469 270 ſuſcipiēs vno anno ꝛ menſibus. 9. imperauit: Hic ēt vt predeceſſoꝛ ſuus ex voluntate Senatus ꝛ patrum Imperij dignitatem ſuſcepit: Qui quidem Claudius tam q̄ cōtrariū antea ſuo oppoſitū contrario nō minus optimo cuiq; Traianus pius Alexāder q̄ Galienus fuit: Qui ſuſcepto Imperio Gothos iam annis. 15. Jliricum ſeu Sclauoniā Macedoniāq; vaſtantes bello adoꝛtus incredibili clade ſuperauit: Qua ꝓpter: vt Euſebi⁹ tradit: in Curia Clipeus aureus: ꝛ in Capitolio aurea Statua a Senatu meruit honorari: Uerum ſtatim moꝛbo coꝛeptus: apud Smyrnium moꝛtuus eſt. Quo moꝛtuo eius frater Quintilius a Senatu Auguſtus declaratus eſt: ſed. 17. Imperij ſui die: Aquileie occidit: vir quidem vnice moderationis decus.

Martires ſub hoc claudio paſſi.

Felix q̄dā p̄ſbiter: ꝛ Euſebi⁹ monachus hoc tp̄e apud Terracinā Cāpanie vrbē iuſſu huꝰ

pꝛudentiſſima ⁊ bonarum virtutum ac liberalium artiu ſtudijs oꝛnatiſſima. Que vt erat mulieꝛ catholica regno ſuſcepto mlta patris malefacta reparauit: ⁊ quãmaxime Simachi et Boetij filijs patrimoniũ ab latũ reddidit. Et Atalaricum filiũ ſuũ: renitentibus Gothis diſciplinis erudiri curauit: Qui quidem alaricus quãuis ob hereditatem paternam Arrianus eſſet Bonifacium tamen ⁊ ioannem ſũmos pontifices magnis fauoꝛibus ⁊ honoꝛibus pꝛoſecutus fuit: ⁊ etiam multa laude digna peregit. Cumqꝫ annis. 8. cũ matre regnaſſet deceſſit adoleſcentulus. quo moꝛtuo ipſa eius mater Amalaſuntha regina Theodatuꝫ quẽdam conſobꝛinũ ſuo regni conſoꝛtem accepit. Qui ſane Theodatus: vt Caſſiodoꝛus ait latinis et grecis litteris admodum erat eruditus: ⁊ maximam inter phos ſui tempoꝛis operam phie dabat: platonemqꝫ vt plurimũ ſequebatur. in reliquis vero mundi agibilibus in eis et inconſtans erat: ſꝫ pecuniaꝝ auidus: Qui hoꝛtante ipſa Amalaſũtha regina Burgondiones: qui lyguriam et Emiliam vaſtabant. atqꝫ Alamanos qui venetiam ſpoliabant: cũ magna cede ex italia pepulit: ⁊ Romanã omnem pꝛouinciã recuperauit ⁊ pacẽ cũ Juſtiniano imperatoꝛe ac francoꝝ rege obtinuit. Sed poſtea cum rapinis et populationibus: reſiſtente ⁊ reclamãte plurimum Amalaſuntha indulgeret illam cepit ⁊ i inſulam vulſini lacus relegauit vbi tandem eam a quibuſdã malignis occidi permiſit et eius filiã vxoꝛem: ac regni ſociam accepit. qui et poſtmodum quinqꝫ annis regnauit. Fuerat igitur hec Amalaſũtha mẽmoꝛabilis femina: ⁊ grecis ac latinis litteris egregie erudita ⁊ adeo vt cũ quibuſcũqꝫ de oi ferme diſciplina diſputaret cuius quidem moꝛtem iuſtinianus imperatoꝛ egre tulit et de ea vindictam ſumere pꝛepoſuit. Hec enim inter cetera ſua edificia patri ſuo Monumentum ſuperbiſſimis edificijs extra Rauenam extruxit. Quo in loco nunc ſancte Marie monaſterium edificatum habetur qḋ Monachi ſancte Juſtine nunc incolere dicuntur.

Uiri diſciplinis excellentes.

Joannes quidam doctoꝛ eccleſie Anthiochene pſbyter his tẽpoꝛibꝰ in precio exiſtens mlta ꝯ eos ſcripſit: qui in vna ſubſtãtia xpm adoꝛãdũ cẽſebãt.

Dionyſius abbas et doctoꝛ egregius ꝑ id ipm tẽpus laudatur. eo ꝙ Rome cõpotũ ſuũ ideſt paſchale calculum mira ratione compoſuerit.

Juſtinianꝰ Uſtinianus magnus iperatoꝛ et ſẽper Auguſtus decimuſſepti muſ cõſtãtinopolitanꝰ imperator iuſtini pdicti ex ſoꝛoꝛe nepos poſt eũ Jmperauit. annis. 38. vir certe maximi et diuini ingenij ac ingentis doctrine. Cuius rei gratia leges Romanas ſparſas et incompoſitãs: ad vtilitatẽ hoiuꝫ in oꝛdinẽ redegit pulcherrimũ: Jn quibus ea que ſuperflua et inutilia videbãtur abſcidit: ⁊ ꝑ Joanneꝫ tribunianũ patriciũ ac quẽdã Theophilum Dorotheũqꝫ doctrina ⁊ auctoꝛitate inſignes viros: eaſdem oẽs Romanas leges in duobuſ pene libꝛoꝝ milibus: ⁊ trecies centenis verſuũ milibus: pꝛolixaſſet inutili conſonantia conſcriptas: intra vnũ. xij. libꝛoꝝ volumẽ coarctauit: quẽ Codicẽ Juſtinianũ appelari voluit fecitqꝫ et per eoſdem viros pandetas. i. Digeſtum: quod quidẽ tribus voluminibus diſtinxit: Jn quibus omnem Ciuilem doctrinam declarauit: idem quoque legum Epithomen quatuoꝛ libꝛoꝝ fecit: quas quidem leges nouellas vocari mãdauit: que Autẽtice communiter appellantur: Sunt etiam qui dicant: ipſũ quoque de icarnatiõe domini libꝛos ediſſe elegantes. Hic itaqꝫ Jmperio ſuſcepto Beliſariũ patricium virũ i armis ſtrenuũ Belli ducẽ cũ ingẽti multitudine conſtituit: quo auxiliatoꝛe: de perſis ⁊ Uandalis triumphauit: Nam Beliſarius ipſe vt erat pſtantis animi ⁊ ſingularis virtutis vir: in Aphꝛicam traiciens vandalos ſuperauit. ⁊ eoꝝ rege Geliſmero capto: pꝛope deleuit. Et cum Romanam ſedem veneraretur legatos inſignes cum muneribus miſit: ⁊ ioannem pontificem ſuo nomine ſalutare fecit ac pꝛecioſa munera eidem et beato petro obtulit. Sed cũ poſtmoꝫ in euthicetiſ erroꝛẽ incidiſſꝫ ab Agapito pontifice (ioãnis ſucceſſoꝛe) reuocatus eſt. Sed ⁊ poſtq̃ de vandalis triumphaſſet ꝑ mũdũ aliũ ſui exercitus ducẽ: Salonas vrbem munitiſſimam a Gothis occupatam cepit: ⁊ Gothos eo in ꝑlio cum ingenti cede ſuperauit in q̃ quidem pꝛelio ⁊ Mundus ipſe occiſus fuit. inde qꝫ ⁊ Beliſarium cum exercitu in italiam miſit: eamqꝫ a 525 5724

Gothoꝝ tyrannidē quaſi liberauit. Nam idem Beliſarius quinto anno poſtq̄ in italiam veniſſet apud. Rauenam vitigim Oſtrogothaꝝ regem cepit ꝛ eum cū oi familia ꝛ magna procerum ſuoꝝ parte. conſtantinopolim duxit. Quibus ita geſtis: Juſtinianus p eundem Beliſariū Mauros Aphꝛicā vaſtantes pdomuit: ꝛ de eoꝝ ſpolijs duo hoſpitalia apō Romā erexit ꝛ monaſteriū apō Orthā vrbē cōdidit: cui ꝛ fundos ex patrimonio ſuo plurimos addidit. vnde Monachi viuere poſſent. Ex eis etiam Mauroꝝ ſpolijs Beliſarius crucem auream gemmis oꝛnatam ꝛ alia munera btō petro dono miſit Deniq; hic iuſtinianus cū Templū toto oꝛbe celeberrimū in honore dei pr̄is et ſācte Sophie ſua impenſa edificaſſet ꝛ collapſū imperiū mirūimmodū p duces ſuos Beliſariū ꝛ Narſetē inſtauraſſet amēs et ſtultus factus: interijt.

Theodatus ſecōdus: imo potius tertius p⁹: Theodoꝛicū Oſtrogothaꝝ rex hoc āno Athalarico rege paruulo moꝛtuo ab Amalaſuntha regina eius conſobꝛina in ſocietatem regni
527 aſſumptus regnauit in italia annis quinq;. Qui regno ſuſcepto: vt ſolus regnaret: mox cōſobꝛinam ſuam ennecari fecit: Propter q̄ Juſtinianus moꝛtē illuſtriſſime mulieris egre ferens bellum illi inferre ſtatuit ſed agapitus pontifex conſtantinopolim ad Juſtinianum miſſus pacem ab eodem impetrauit. Uerum Gothi pp regine moꝛtem ab eodem inſenſi ſeditione militari concitati vitigim ſibi regem creauere: Qui mox. vt ꝛ ipſe ſolus regnaret ipſum theodatū interfecit. quo moꝛtuo ſtatim regine filiam vxoꝛē accepit ꝛ regni. ſociā Rauene cōſtituit ac ſic poſtmōꝫ q̄nq; annis ꝛ ipſe regnauit.

Oniſatius eius nois ſecundus papa natione Ro. pr̄e Sigiſmūdo p⁹ Felicem pontifi
5729 528 cem ſedit annis duobus ꝛ diebus. 26. in huius autem Boniſacij creatione (vt quidaꝫ) affirmant contentione in clero ſuboꝛta Dioſcoꝝ quendam indemoꝛtui felicis loco elegere. Qua quidem ſeditione clerus diebus. xxviii. exagitatus: tandem a perturbatione liberatur: ꝛ boniſatius p̄ficitur. Qui ſtatim ad Eccleſiam confirmandam inſtituit vt tempore miſſe populus a clero diuiſus eſſet: Uetuitq;: q̄ neq; Ciuili neq; criminali cauſa Epiſcopus apud ciuilem Judicem aduocari poſſet: ſicut habetur in Canone. xi. q. i. c. nullus tandem vita functus in beati petri Baſilica ſepellitur. Et poſt vacauit ſedes menſes. 2. papa 57

5726 530 Ohannes ſecundus papa patria Ro. patre pꝛoiecto ex celio monte. poſt Bonifaciū papa. 58
ſedit annis duobus: ꝛ menſibus: 4. De iſto pontifice pauca habentur: qui vbi pontificatum inijt Anthimum epiſcopum hereticum ſtatim damnauit: eo q̄ in hereſiꝫ Arrianā declinaſſet Huic nāq; iuſtinianus ex Conſtantinopoli miſit Scyphum aureum gemmis oꝛnatam librarum ſex ꝛ duos argenteos librarum. 12. ac calices duos argenteos librarum xv. Et ſemel tantum oꝛdinationibus celebꝛatis. anno. 2. pontificatus ſui moꝛitur. ꝛ i teplo beati petrus. ſexto kal̄as iunij ſepelit. Et tū vacat ſedes dies. 6.

5731 532 Gagapitus papa natiōe Ro. pr̄e Goꝛdiano: poſt Joannē p̄dictū ſedit āno vno. Hic quintam ſanctam Synodum vniuerſalem apūd Conſtantinopolim celebꝛare icepit papa. 59
inqua Imperatoꝛem iuſtinianum Arriana hereſi depꝛauatum conuertit: Ubi etiam conſtituit dominicis diebus pꝛofeſſiones fieri debere quibus optime geſtis. ibidem haud m̄lto p⁹ moꝛitur. indeq; coꝛpus romā perlatū in baſilica beati petri ſepelitur.

Jluer ius papa natione Cāpanus: patre hoꝛmiſda epo: p⁹ Agapitū pōtifex fact⁹ ſedit
5732 533 anno vno menſibus quinq; ꝛ dieb⁹. 12. Hūc clerici (iubēte et minitanę Theodato papa. 60.
oſtrogothaꝝ rege) pontificem delegerūt. Quāobꝛē indignatus Juſtinianus. Beliſarium patriciū cū exercitu in italiam miſit. Quo cū veniſſet: vigilio dyacono Romano inſtigante ꝛ accuſante: q̄ ſiluerius Romā Gothis pꝛodere voluiſſet: a Theodoꝛa auguſta: operante etiam Antonina Beliſarij vxoꝛe: Siluerius. hic in pontum Inſulā relegatus eſt: vbi ꝛ ſtati nō ſine opinione martirij moꝛtuus ē: cuius quidem feſtum. xx. die Junij celebꝛatur

Maurus Romanus monachus beatiſſimi pr̄is Būdicti p̄cipuus diſcipul⁹. hoc āno ab codeꝫ Benedicto ex Apꝛucio in Gallias miſſus ibidē monachiſ omnibus ꝛ exemplo ꝛ doctrina ationem bene ac beate viuendi dedit atq; ibiden etiam multa ac plurima monaſteria

edificauit. Quibus geſtis, poſt annos. xxviij. ſilicet anno ſalutis nr̄e. 560. poſt multas vir tutes ac miracula inibi facta nō ſine magna ſanctitatis opinione: bona ſenectute. 18. kal'as Februarij quieuit in pace. Cuius dici feſtū eo die celebrat.

Vigites Gothus obſcuro genere inter eos natus. hoc anno viuente adhuc Theodato regē apud. Romam rex creatur ⁊ quinque annis regnauit: Uir certe rei militaris ſcientia precla rus. Qui regno ſuſcepto: ⁊ ipſe confeſtim Theodatum regem per quēdā Gothū noīe O c tarum obtruncare fecit. Quo mortuo Rauenā properauit: ⁊ omnes p Italiam diſperſos Gothos ꝯgregauit ⁊ Mathaſuntham Theodorici regis ex Amalaſūtha filia neptē mui tam vxorem duxit. que Uigitis ignobilitatem plurimū contempſiſſe dicitur. Hic itaq̄ cum multa certamina ꝯ Beliſarium ducem concertaſſet: tandem ab eodem beliſario ⁊ perditis oībus italie ciuitatibus: in Rauena obſeſſus eſt vbi ⁊ deniq̄ captus: cū ceteris Gothoꝝ pn cipibus et regijs theſauris ac reliqua gaza in conſtantinopolim ab eodem Beliſario pduc tus fuit. Ac ſic quaſi Gothoꝝ regij hic finis fuit. 534

papa. 62. Vigilius papa natione Ro. pr̄e Joanne conſule: poſt ſiluerum exulem ⁊ abrogatum pontifex creatus ſedit partim Rome: ⁊ partim alibi annis. 17. men. 6. et diebus. 26. 553 5734
hunc naq̄ eadem cauſa qua et ſuus pdeceſſor: v₃ qui Anthimum hereticum reſtituere noluit: ad Theodorā Auguſtam conſtantinopoli ductū fuiſſe tradūt Ubi ⁊ ex pcepto ipi⁹ Auguſte: ita crudeliter verberibus ceſus fuit: vt paululū abfuerit: quin et tū in eis moreret poſtea cum etiā in propoſito conſtāter pſiſteret: iniecto in collo ei⁹ fune: tanq̄ latro p totā vrbem: tam diu tractus fuit donec expirauit. Cuius corpus poſtea Romā delatū: apd ſāc tum Marcellum via ſalaria honorifice ſepelitur. Et poſt ſedes vacauit menſibus. 3. ⁊ die bus. xv.

Synodus quinta: apud conſtantinopolim: Juſtiniani ⁊ Agapiti pontificis iuſſu iam diu in choata hoc anno perfecta fuit. Hec enim cōtra hereticos: ⁊ maxime cōtra Theodorum et Antimum epiſcopos hereticos atq̄ Scyſmatichos habita fuit. Qui affirmabāt beatiſſi mam virginē Mariam: ſolū hominē et non deum ⁊ hoīe₃ peperiſſe: Et propterea: ibidem declaratum eſt: vt beata virgo Maria Theotochos diceretur. i. q̄ deum ⁊ hominem ſuo partu ediddiſſet. Cui quidem Synodo vniuerſalis eccl'ia auctoritatē maximā cōtulit: ſicut ⁊ alijs quatuor dedit. vt habet. xv. di. c. ⁊c. 538

Totilla qui ⁊ Baduilla dicitur vltimus Oſtrogothaꝝ rex. hoc anno Uigite prius a Beliſa rio capto: ⁊ deinde Idonampo eius patruo ⁊ ſucceſſore a Gothis ſuis interfecto: ac etiam Athalarico qui menſibus quinq̄ regnauerat ab eiſdem ēt obtruncato ſubrogatus. regna uit annis. . Qui magr̄atu inito regnum italicum a Gothis Beliſario duce ſublatum pro viribus recuperare annixus eſt Et propterea exercitu nō modico congregato in Neapoli tanos pmū mouit ⁊ eam vrbem tandem nō incruēta victoria recepit. Indeq̄ Beliſario abſente totam italiam inuaſit diripuit et multis cladibus afflixit. Urbem deniq̄ Roma nam ingreſſus illam ēt diripuit et incendit ac muroꝝ partem euertit Ciues q̄₃ varie iacta tos vrbem demum pene deſolatum ac ſine vllo quaſi habitatore reliquit. Pari q̄ feritate in Ethrurie vrbibus: et quāmaxime peruſij. deſeuit. vbi herculanū peruſinoꝝ epiſcopū vt Gregorius. li dialogoꝝ refert decapitari fecit: indeq̄ in Siciliam nauigans totam in ſulam: iuxta diui benedicti vaticinium: obtinuit: pdixerat enim ſanctus Benedictus To tillam hunc vrbem Romanā potiturum et Siciliam intraturum ac deniq̄ nono regni ſui anno ſuperaturum et interficiendum. q̄ et factum eſt. Totilla itaq̄ poſtq̄ Siciliā obtinu it ibidem quatuor ducibus ſuis relictis in Italiam redijt. Eo q̄ Narſetem Eunuchum Italico bello a Juſtiniano Imperatore pfectum fuiſſe ⁊ in italiam cum innumerabili mlti tudine et maxime longobardoꝝ veniſſe intellexiſſet. Veru₃ cū Narſetes multā lombardie partem obtinuiſſet: ⁊ longobardorum copias apud Brixellum: tūc ciuitatē: collocaſſet qui ibidem manentes placentinis et parmēſibus multa inferent damna Totilla in eos mouit Cum quibus diu et acre pugnaſſet tandem a longobardis ferrociſſimis ibidem ſuperatus 543

nouo regni ſui anno cum ingēti Gothorum multitudine Totilla hic interfectus eſt Gothi vero qui Cedi ſuperfuerūt ſtatim Thriam quēdam gothum regem ſibi creuerunt. Qui et ipſe poſt multa prelia: quibus contra Narſetem ſepe victor euaſerat dum in Apulia tandē cum totis viribus pugnaret ꝛ multos ſuis manibus interfeciſſet apud quendam fluuium confoſſus interījt: eoq; mortuo gothi viribus ꝛ animis deſtituti ꝑcta que poſſidebant mox Narſeti reſtituere ꝛ eam obrem pacem promouere. Ac ſic ſeptuageſimo ſecūdo anno poſt ꝙ Theodoricus italiam adeptus fuerat gothis deletis eorum nomen euanuit. Nam qui ꝑ lio ſuperfuerant non Gothi: ſed itali vocari voluerunt eo ꝙ in italia nati ꝛ enutriti eſſent

Chilpericus ſeptimus francorum rex: hoc anno Clothario patre defuncto in Francia regnare
546 cepit: ꝛ regnauit annis. 24. hunc quippe crudeliſſimū fuiſſe tradunt. Et inter cetera ſue ve ſanie ꝛ crudelitatis facinora vxorem propriam ſine cauſa vxorem interfecit. que ꝛ poſtmodum multis miraculis claruit.

Mediolanū Ciſalpine gallie metropolim hoc ipſo anno regnante Totilla rege a gothis pe
550 ne ſubuerſa fuiſſe tradunt. in qua quidam vaſtitate ſupra triginta mediolanenſiū milia interfecta fuere: Nam ēt ſuperioribus diebus in tota eius dioceſi a deo fame laboratum fuerat vt matres filios comederent.

Pelagius papa eius noīs primus natione Ro. patre ioāne poſt vigiliam pontificem ſe
5752 553 dit annis. xi. ꝛ diebus. 19. hic ꝛſi multis in periculis oſtrogothatum maxime fuerit ne quaꝙ tamen chriſti eccleſiam deſeruit: ſed ad eandem confirmandā multa (Gratiano refe- papa.62.
rente conſtituit. Et primo clericis in ſacris conſtitutis mandauit. vt ſeptem horas canonicas quottidie celebrarent vt habetur in decretis. 91. di. c. Eleutherius frater. Voluit itē vt vna queq; prouincia. x. vel. xīj. contineret ciuitates. vt. 6. q. 3. c. Scitote. Uetuitq; epīs vt ō rebus eccleſiaſticis vllam alicui facere ꝓſumerēt ſecuritatem. 8. q. 5. c. Talia quidem: Statuit preterea vt heretici ꝛ Sciſmatici non ſolum ab eccleſiaſticis ſed etiam ſeculariū manibus punirētur. qn̄ vꝫ ad ſanitatem de rationibus nequaꝙ deduci poſſent. 23. q. 5. c. Quia nos voluit inſuper ꝛ nullus in abbatem ꝓmoueretur niſi qui canonice electus fuiſſet. 18. q. 2. c. Abbatem in monaſterio: Uoluit quoq; vt ſi quis accuſationis libellum abſente reo ī foro obtuliſſet omnino repelleretur. 3. q. 9. c: Carte quas. Statuit iteꝫ vt nullus patriarcharum vniuerſalitatis vocabulo vteretur niſi pontifex Romanus. 99. di. c. Nullus. Conceſſit etiam preſbiteris in quadrageſima miſteria ſeu miſſas hora none celebrari poſſe: vt de conſe. di. i. cap. Solent hic autem accuſatus fuit ꝙ malorum vigilīj pape cauſa fuiſſet. ſed ipſe clero ꝛ populo congregato crucem domini tangens atq; euangelium iuramento ſuſcepto a tanto ſe crimine purgauit. Et demum cum ex ſacris ordinationis bis in Decēbrio mēſe habitis preſbiteros. 26. diaconos. xi. ꝛ epiſcopos per diuerſa loca numero. 39. creaſſet e vita diſceſſit ꝛ in Baſilica petri ſepultus fuit ꝛ tunc ſedes vacauit menſes. 3. ꝛ dies. 26.

Uiri diſciplinis excellentes.

Caſſiodorus monachus Rauenenſes vir quidem doctiſſimus hiſ temporibus ob clariſſimā eius doctrinam magno fuit in precio. Qui cum primum conſul eſſet deinde ſenator diuio tactus ſpiritu res mundanas ſpreuit ꝛ monaſticam vitam cōplexus e: vbi ad agitandum intellectum pſalterium primo luculenter expoſuit. Deinde Chronicam inſignem de pontificibus atq; imperatoribus compilauit in qua preſertim de Theodato Rauene Rege contēporaneo ſuo multa conſcripſit: Ediditq; preterea librū vnum de anima ꝛ de ortographia alium librum. necnō ꝛ de negotījs familiaribus eplas compoſuit multas.

Germanus autem pariſiacenſis epūs preclariſſimus per hoc tempus migrauit ad dominū Qui quante ſanctitatis ꝛ doctrine vir fuerit quibuſue floruerit miraculis fortunatus epſ ſtillo digeſſit eleganti: eius eni feſtum quīto kalās Junīj celebratur.

Priſcianum quoq; eruditiſſimum grāmaticum atq; phm patria Ceſarienſem homo certe greca ac latina lingua doctiſſimum per hoc ipſum tempus apud conſtantinapolim floruiſſe ac claruiſſe tradunt. Qui cum grāmaticorum omnium princeps haberetur ea in ſa

cultate per vtilia edidit opuſcula. Nam de partibus orationis ad Julianum patricium
conſulem librum conſcripſit: Siľr ⁊ de conſtructione deqꝫ Accentibus alios libros edidit:
De naturalibus quoqꝫ queſtionibus ad Coſore perſarum regem volumen egregium ſcri
pſit. Atqꝫ de coſmographia libellum compoſuiſſe fertur.

Arator ſancte Romane eccleſie cardinalis diaconus ⁊ poeta laureatus hac tempeſtate mira
ra floruit eloquentia. Qui inter cetera ingenij ⁊ virtutis ſue opa apoſtolorum actus verſu
exametro exorauit atqꝫ alia quedam compoſuit.

Brādanus deniqꝫ hybernēſis abbas ſanctiſſimus per hec tp̄ra ob eximiam ſanctitatem atqꝫ
doctrinā maximo in precio habitus fuit: de quo etiam admiranda ſcribūtur.

Narſes iuſtiniani Auguſti Eunuchus ⁊ militie imperator: reſqꝫ bellice glīa p̄ſtās: hoc āno
cōtra Totillā gothoꝝ regē italico bello ab ipſo iuſtiniano dux p̄ficitur: Qui ī italiā veni-
ens cū īgenti glīa gothos ipſos oēs ſupauit: ⁊ italiā oēm ab tyrānide eoꝝ liberauit. Hūc ꝙp
pē nōnulli antea carthulariū fuiſſe affirmāt: quē cū Juſtinian⁹ aliqn̄ in cubiculū accepiſſet
cognita hoīs virtute cōfeſtim eū patriciū declarauit: ⁊ p̄mū in cōſilio ſuo necnō ⁊ impialiū
pecūniaꝝ receptorē ac diſpenſatorē īſtituit. Erat nāqꝫ in inter cetera religione pietatiqꝫ ac 554
munificentia inſignis ⁊ ob hoc ēt barbaroꝝ regibus amicitia iūctus fuit: Qui magnis cō-
paratis copijs ex ꝯſtātinapoli egreſſus terra mariqꝫ in italiā tandē ꝑuenit. Et ad Aquilei
am vrbē ꝑueniens ibidē ꝯſtitit ⁊ vniuerſū eius exercitū cōgregauit: qꝺ audiēs Totilla ſta
tim ex Sicilia inſula papiā venit. Et theiam ducē ſuū cū parte copiaꝝ veronam miſit: vt
ſ. Narſeo trāſitū ꝓhiberet. hoc cognito narſeo duodecim longobardoꝝ milia (que Albo-
nus rex ei tradiderat) ꝑ mediterranea ad Brixellum padi oppidū miſit: ⁊ Narſes ipſe cum
ſuis copijs ex aquilea ciuitate Rauenā ſe tranſtulit. indeqꝫ cū Romā quaſi trepidus pete-
ret totilla a longobardis apud Brixellū ſupatus ⁊ interfectus ē: his auditis narſes in itine
re Narniam ⁊ peruſiā vrbes munitiſſimas cepit: indeqꝫ Romā ꝓfectus eā obſedit atqꝫ ob
tinuit Eaqꝫ obtenta Theiam regem totille ſuffectum nō longe a Niceria vrbe fortiter pu
gnantem poſtea oppreſſit ⁊ Gothos omnes italia depulit. Atqꝫ itaqꝫ vt dictum eſt ſeptua
geſima ſecūdo anno poſteaꝙ̄ Theodoricus primus eoꝝ rex italiam itrauerat gothoꝝ no
mā cū regno inteijt. Narſes deinde ſummis honoribus exceptus: italiam ꝑ decē ⁊ ſeptem
annos in pace poſſedit. ⁊ Aquileiam ab attilla hūoꝝ rege deſtructam aliquantulum iſtau
rauit: ⁊ multa edificia hinc inde condidit: ⁊ primo apud Venetias ꝓpter beneficia ei a no
bilibus venetis collata Sacellum ſancti Theodori martyris vbi nunc eſt templum di-
ui Marci celeberrimum edificauit: atqꝫ ibidem aliam eccleſiam in honorem ſanctorum
Menne ⁊ Geminiani ex gothorum manubijs extruxit: poſtea gothoꝝ ciuꝫ bona publica
re ⁊ oīa Rauenati eccleſie cōdonare voluit. mortuo vero Juſtiniano impatore ⁊ iuſtino iu
niore loco eius ſuffecto: cuꝫ Narſes ipſe nimium locupletatus eſſet quidam Romani iniq̄
⁊ perditiſſimi eius non virtuti ſed diuitijs inuidentes plurimis modis apud Sophiam Ju
ſtini vxorem eum accuſarūt. Que delatoribus nimium credula ſuaſit marito vt ſucceſſorē
Narſeti mitteret. Oratoremqꝫ narſeti miſit cū his litteris conuiciando: ꝙ ad diſpertienda
inter Ancillas penſa reuocabat. At illa indignatus: vt parerat: legato ⁊ Sophie reſpōdit
talem ſe ei orſurum telam quā ipſa dū viueret ꝑficere non poſſet. quod ⁊ fecit. Nam audi
to ſucceſſoris aduentu Neapolim e Roma conceſſit. Et eueſtigio ad Alboinum legatos in
panoniam miſit: ſuadens vt ſe cū longobardis ſuis in italiam celebrem patriā transferret.
Quo audito Alboynus rex exhilaratus quā libentiſſime oblationem ſuſcepit. Sed dum
aliquādiu moraretur Joannes pontifex his auditis ſtatim Narſeten ex Neapoli Romaꝫ
conuenit: ⁊ intellectis viri cōtumelijs ei quicquid voluit conceſſit atqꝫ eum Romanū con-
ſulem cuꝫ Baſilio a Juſtino creari obtinuit ⁊ ibi decem ēt annis ſtetit. Quo in tempore lō
gobardos rogauit vt in panoniam aliquamdiu ſe continerent: quod ⁊ impetrauit. verum
eo defuncto longobardi italiam: vt mox dicemus: obtinuere. ſed iā cū de Gothis ſatis di
ctum ſit: ad longobardos noſtros tranſeundum eſt. Ac ſic liber nonus explicit.

Fratris Jacobi philippi Bergomēſis ordis fratrū Eremitarꝝ diui Auguſtini i oimoda hiſtoria nouiſſie cōgeſta, Chronicarū Supplemētuꝫ appellata liber decimus feliciter incipit

5763 564 Joannes tertius papa natione Ro. pře Anaſtaſio illuſtri viro natꝰ poſt pelagiū pōtificē: ſedit annis ferme. 13. Uir qdē prudentiſſimus mitiſqꝫ Cuius tēpore Armenij chriſti fidē, publice ſuſceperūt: licet multa rerꝝ perturbatione: hic narſetem Eunuchuꝫ indigna a Romanis paſſum Romā ex Neapoli reduxit et conſulatū ei īpetrauit Poſtmōꝫ ad fabricas conuerſus multa ſāctorum cemiteria ī vrbe reſtituit ⁊ Apoſtolorꝝ philippi et Jacobi Eccliam a vigilio ponti fice inchoatam pfecit Eius autem pontificatuſ anno octauo Jgnee acies p italiā in celo ſanguinē emitentes viſe ſunt. ⁊ in lyguria pſertim: mira quedam ſigna cula (Gregorio teſte) apparuere p domos hoſtia vaſa ⁊ veſtimenta que ſi quis abſtergere temptaſſet eo magis mltiplicabātur. Jn immenſum etiaꝫ Tyberis fluuius ita excreuit: vt ſua inundatione, populo. Ro. magnas detulerit calmitates id quoqꝫ mltis in vrbibus cōtigiſſe dicitur. Que quidē prodigia cladē mox italia paſſuram protendebant quod breui pꝰ euenit. Deniqꝫ ioannes hic perturbationū ac dolorꝝ plenus etateqꝫ grandeuus. 13. pontificatus ſui anno vita deceſſit: ⁊ in beati petri baſilica ſepultus fuit Et tunc ſedes vacauit mēſes decem. papa. 63.

Uiri diſciplinis excellētes.

Leander hiſpalenſis epiſcopus vir plane ſanctus ⁊ doctrina atqꝫ eloquentia precipuus: his temporibus floruit. Cuius predicatione: exemploqꝫ ac induſtria tota veſegotharuꝫ gens per Recaredum eorum regem ab Arriana inpietate conuerſa eſt: Quam obrem et multa ad nři dogmatis cōfirmatiōeꝫ ⁊ ipiꝰ arriane hereſis ꝯfutationē ꝓpoſuit nā ⁊ eādē peſtē vādali illo ex aphrica detulerāt huic q̄t iſigni viro beatus Gregorius papa adhuc monachus moraliū ſuorꝝ libros ſcripſit eiuſqꝫ vita cū mltis ſigniſ ⁊ miraculiſ iſinē claruerit int ſanctos relatꝰ eius feſtū. 3. kalas Martij celebratur

Joānes Elimona ſeu elimoſinarius latine: Alexandrine vrbis epus. p hoc tēpus Orientalē ecclīaꝫ hereſibus quaſſatam: quoad fieri potuit in fide continuit: vꝫ legendo diſputando ſcribendo monendo orando docendo ac ſigna magna necnō elimoſinas plurimas ac alia pietatis opera faciendo cuius celebrē et admirandam leōtius quidā Neapoleos cipriorꝝ inſule epus vt in vitis přuꝫ pulcherrimā ſcripſit quā ſi quis videre deſiderat in parte pma eius libri videre poterit.

Columbanuꝫ abbatem virum religione ⁊ ſanctitate inſignem p hec tempora in hybernis inſula claruiſſe tradūt: vbi multis conſtructis monaſterijs poſtea in Burgundiaꝫ venit ibi demqꝫ luxouineſe Monaſteriū conſtituens innunerabilem quaſi gentem agregauit ⁊ rectum viuendi moduꝫ oibus tradidit Quibus optime ex ſentētia geſtis in italiam etiā tranſmigrauit: vbi etiam eodem modo monachorꝝ agmina coadunauit. Sunt tamen qui dicāt eum in italiam anno ſalutis nře. 620. veniſſe ⁊ apud Bobiū ciſalpine gallie vrbem Monaſteriū celeberrimū Theodolide lōgobardorꝝ rgine ipēſe edificaſſe: atqꝫ ibidē (multis clarus miraculis) in dno. 3. kalas Nouēbris quieuiſſe.

Leonardus ſubdyaconus ⁊ eremita quidē ſanctiſſimus natione Gallus et ciuitate cenomanorꝝ oriūduſ p id tēpus mltos agones plurimaqꝫ vincula ac carceres, p xpi noie ꝯſtātiſſie pertulit et reges francie populoſqꝫ diſſidentes ī officio cōtinuit eo q ī ipo maxia pietas ac religio atqꝫ gra reluceret.

5795 564 Juſtinus iunior decimus octauus Conſtantinopolitanus iperator poſt iuſtinianum magnū iperauit ānis. xi. homo qdē p oia iuſtiniano diſſimilis. ſ. Auarus iprobꝰ rapax deorꝝ hoīnūqꝫ ꝯtēptor. q cū totis conatibꝰ cupiditati ⁊ auaritie i hiaret adeo merito pcuſſus in inſaniam deuenit Quāobrem eius vxor Sophia imperium vſqꝫ ad Tyberij fi Juſtinus iunior

tempora gubernauit cuius etiam imprudentia regnum italicum a Conſtantinapolitano iu
go per longobardos ablatum eſt. Cum autem iuſtinus hic Tyberium adoptaſſet in filium
eumq; Auguſtū appellaſſet ſtatim amens effectus dolore pedum vitam finiuit. Ferūt hūc
vrbem in hiſtria regione italica. condidiſſe et ex ſuo nomine eam iuſtinopolim appellaſſe
quā quidē in loco munitiſſimo pp Barbaroꝝ incurſiones conſtituit: vt populi ab eiſdem
agitati ibidem tuerentur.

Peſtis horrendiſſima p hoc tēpus in vniuerſo orbe fuit: que miſerabili ſtrage Italicos oēs
⁊ precipue lygures proſtrauit. Qua pp (ſicut paulus hiſtoricus narrat) hoīes terrore pcuſſi 567
veluti amētes domos deſeruere ⁊ p nemora queq; fugere vnde factū ē: vt idē ad verbū
refert: vt nullus paſtor ī vineis nullaſq; in agris cultor aut meſſor inueniretur. Nocturnis
quippe horis ⁊ diurnis viciſſim tuba pſonabat ⁊ quaſi murmur gradiētis exercitus audie
batur. ſ; nulla cōuicātiū apparebāt veſtigia.

Lōgobardoꝝ regni pncipiū

Lombardia āt regio nr̄a auarijs viciſſim ab initio poſſeſſa vſq; in id tēpus diuerſa ſortita
ē noīa Et pmo quidē dicta fuit heſperia ab heſpero Atlantis fratre: Qui ab hiſpania a fra
tre pulſus in hanc regionem que nūc lombardia appellatur venit: qua occupata: ipſā heſ
periam aſe nominauit Poſtea etiā Enothria cognomiata fuit ſiue ab optimo vino. quod
hic naſcitur ſiue vt docet plinius. 3. naturalis hiſtori. ab Enotrio Sabinorum rege in ea
regnante. deinde italie nomen accepit ab italo Siculorum rege: Qui: vt ait Seruius: venit
ad eam partem i qua regnauit Turnus eamq; aſuo nomine italiā nominauit Quod virgi.
li. p. Enei: confirmare videtur: Poſt hec vero magna Grecia dicta fuit inde q; ab alpibus
vſq; Romā Ciſalpinam galliam nonnulli dixere ipſamq; ciſalpinam galliam: vt iā ſemel
dictum eſt: quidam in ſex diuiſere prouincias: Quaꝝ prima cenomanēſis dicta eſt: in qua
poſuerunt Bergomū Brixiam Cremonā ⁊ Mantuam: Secunda Senonēſis que cōtinet
Ueronam Uicentiam patauium. Taruiſium Rauenam Forliuium Ariminū vſq; Seno
galliam ac Senas alias q; plurimas ciuitates ⁊ ibi Senogallenſes fuere de q̄bus ſcribit li
uius q multa cū romanis cōmiſere certamina. Tertia dicta e Boiorū gallia a gallis Bois
de orientali gallia egreſſis. qui ex ſuo nomine ciuitatē condidere eam Boilam nūcupātes
hec inter padum ⁊ Trebiam fluuios fuit: quarta lygurum gallia dicta fuit: Que continet
Thaurinum Secutiam Sabatioꝝ mōtes Auguſtam Eporediam ac montē regalem Qui
ta iuſubrium gallia fuit in qua ſunt Mediolanum Comum papia Lauda Nouaria ⁊ ver
celle: Sexta deniq; dicta fuit Gallia Genuēſis ab ipſa Genua vrbe: Continet q; Dertho
nam Alexandriam vrbē Aquenſem Aſtenſem Sauonēſem Nolenſem ⁊ Albigamenſē
Uerum nos vt ex lumbardica Chronica collegimus italiam oēm quā exteri lombardiam
appellant in quindecim regiones ſubdiuiſam inuenimus. Quaꝝ prima eſt venetia cuis ca
pita ſunt Bergomum ⁊ Aquileia: Altera Lyguria cuius caput eſt mediolanum: Tertia re
gio eſt Rhetia ſiue pedemūtiū prouincia et hec duplex. Cuius caput eſt Thaurinum alia
vero agreſtis quam agreſtes ſiue montani incolunt item Alpiſcotia alia eſt regio vbi Ge
nua maritima ciuitas eſt: ⁊ relique Ciuitates Eſt ⁊ preterea Thuſca regio in qua Romā
collocant: Sexta campanie regio vbi eſt Neapolis: ⁊ luchania in qua ponunt piſtorium
Et Aponina in qua eſt Bobiū ⁊ decima Emilia in qua deſignatur Bononia vſq; placētiā
incluſiue. ⁊ Flaminia in qua hēt Et picenū vrbē hn̄s Aſculū ⁊ Adria. Et Samiū i q̄ eſt be
neuentū. ac demū apulia i qua ponūtur Br duſiū et alie ciuitates his itaq; religionibus
ter et q̄ter ac pluries noīa ſūt imutata Blondus autem nr̄ forliuieſis vir certe digniſſimus
⁊ accuratiſſimus in ſua italia illuſtrata: omnem italiam: preter inſulas: in quatuor ⁊ decē
ſubdiuidit et deſcribit regiones: Illarumq; notiora noīa etatis noſtre ſequens alijs noibus
explicat. et ſuos terminos cuilibet regioni Imponit ⁊ primo a lyguria inchoando dicit ip
lygūria ſam alios habuiſſe aliquando terminos aut ſuperius monſtratum eſt: Sed nunc ligurie
terminum a Uaro flumine vſq; ad Machre amnem imponit Et hic Apenino monte i

de Infero mari eam claudit: Et in hac quidem regione ſunt Genua Sauona: Naulum
Albigena vt vintimilium ciuitates atqꝫ monicum caſtrum: Ethruriam autem ſecundam Ethruria
dicit eſſe regionē Eius que confines a Machra fluuio vſqꝫ ad Tyberim amneꝫ collocat
qui inter ſe centum ⁊ ſeptuagintaquatuor paſſuū millibus diſtare dicuntur: ⁊ ab apenino
monte vſqꝫ ad mare inferum videlicet eius maris pars que a dictoꝝ Amniuꝫ hoſtijs lōgi
tudine ⁊ ad Sardiniam vſqꝫ latitudine ipſam terminat: Et in hac ſunt he Ciuitates vide
licet peruſia: Sene piſe luca piſtorium et florentia. Tertiam regionem Aprutium fecit: in Aprutiū
qua precipue Troiam aquilam Ortonam: Aquinum et Montem caſinum ponit: Quar Campāia
tam item campaniam dicit. que a nōnullis Terra laboris vocari ſolet: In qua neapolis Apulia
regia ciuitas eſt. ⁊ cume Nola atqꝫ Capua et alie ciuitates dirute Apuliam quoqꝫ. Quin-
tam regionē fuiſſe dicit: In qua montem Garganū barrum et beneuentum atqꝫ alia vetu
ſta conſtituit: ſextam quoque regionem Latinaꝫ facit: et hanc campaniam maritimam ali- Latina
quando fuiſſe oſtendit. cuius fines a regione maritima incipiens dicit ab oſtijs Tyberinis
vſqꝫ ad Sitauū ſinū eſſe: inqua Sinueſſa Ciuitas maritima fuit. ⁊ in mediterancis ponit
Aborigenes. Rutilos volſcos Bernicos et alias gentes qui proximū maris incolunt Ape-
ninū vſqꝫ ad veteris campanie terminos. In ea nempe Romanam vrbem Oſtiam caietā
viletrum Anagnam chorā et alias vetuſtas ciuitates collocat. Septimaꝫ Regionem Spo
letani ducatus vmbriam appellat: In qua Tiphernū. Caſtellanam ciuitatem Spoletum
Fulgineū. Nuceriā aretium ⁊ Sabinorum regionem ponit. Picenum ſiue Marchiam an Umbria
chonitanā pro octaua Regione collocat. que et aliquādo Marchia firmana dicta fuit. In Picenum
qua Firmū Aſculū Camerinū Urbinum eugubium Recanata ancona Senogallia et pi-
ſaurum. Romandiolam autem ſiue flamineam pro decima regione inſtituit In qua ⁊ E-
miliam comprehendit: Ubi Arriminum Ceſenam Forliuim fauentiam Imolam Rauenā Flamiea
et Bononiam deſignat vndecimam Marchiā Taruiſinā dicit in qua Feltrū Taruiſium
patauium vicentiam ⁊ veronam ponit duodecimam vero venetias pro vna regione non Taruiſia
in merito ponit eo ꝙ non ſolum eius opes alijs regionibus eſſent equiperande ſed etiam marchia
quia multe vrbes et multa venetiaꝝ opida exciſa eam condidere vrbem Eius auteꝫ regio Uenetie
nis termini habent in longitudine octoginta paſſuū milia. vꝫ ab Aquis olim Gradatis ad
lauretum oppidum nunc pado proximum latitudo vero varia eſt nullos hn̄s terminos:
Duodecimam Forum iulium nominat in aquileia et vtinū ſolū habemuſ Tertiamdecimā Forū iuliū
deinde regionē ex italia elicit quā hiſtriam appellat. inqua Juſtinopolim Juſtini Junioris Hiſtria
opus et polam eſſe dicit ⁊ Sridoneꝫ oppidū ſāctiſſimi hieronymi patriam ꝙ hodie Sdri
gna appellatur: Ultimā aūt Regionem lumbardiam noſtram facit inqua innumerabiles
quaſi ponit ciuitates et in primis Mutinam Regium ferrariaꝫ Mantuam parmam Cre
monam Brixiam: Bergomum comum Nouariam Uercellas Eporediam Thaurinū Se
cutiā Montem regaleꝫ et innumerabilia pene pedemontiū et montifferati inſignia oppida
atqꝫ Aſtenſem albam aquenſem Caſſale alexādriam DerthonaꝫBobium placentiam pa
piam ſeu Ticinum Cremam laudam et Mediolanum metropolim collocat. Has igitur
prouincias ſiue regiones cū lōgobardi (preter Romam) inuaſiſſent diuqꝫ tenuiſſent ac ſuoſ
Duces ſuoſqꝫ prefectos vbiqꝫ poſſuiſſent: italie nomine obliterato: a ſe lumbardiam ap-
pellauerunt verū apud Ticinium regni ſede conſtituta poſtea a circūſtantibus vrbibus il
le locus lumbardie nomen accepit ꝙ poſtea a carolo magno cōfirmatū et declaratum fuit
et hoc ſolum inter Uercellas Tridentumqꝫ. ac Ueronam ⁊ bononiaꝫ necnō ⁊ liguſticorū
montes vſqꝫ in preſens reſeruatum eſt. hi namqꝫ longobardi omnium qui in Italia ex-
terorum occupauerant ſupbiſſimi italie nomen omnino euertere conati ſunt: et propterea
non ſolum regionum nomina ſed et leges nouas condentes mores rituſque Romanorum
ac rerum vocabula adeo mutarunt vt affirmare auſim etiam latinitatem qua Romani ⁊
pleriqꝫ alij populi vtebantur eoſdem permutaſſe et vulgarem locutionem italicā nūc ap-
pellatam introduxiſſe. Quam tamen latinitatem celebrem antiquam Gothi plurimum

coꝛruperant.

Longobardi autem ipſi( vt paulus li.5.refert)a longis Barbis ſunt dicti;eo ꝙ capitis comā a ceruice vſq; ad occipitum tondebant ⁊ a facie vſq; ad os comam demiſſam ⁊ diſcrimina tam habebant. Eoꝛumq; veſtimenta larga ⁊ longa ⁊ quā maxime linea qualia etiam angli: Saxones habere conſueuerant oꝛnati ēt erāt latioꝛibus inſtitis vario coloꝛe contextis Ac calcei vſq; ad poplitem ſciſſi ⁊ coꝛrigati: Caligeq; a poplite pendentes coꝛrigiarum laqolis hinc inde ligate. Hi nāq; pꝛimum inſula Scandaniana originem duxerant:ex qua pꝛofecti Aionem ⁊ Thaonem duces habuerunt. Quibus defunctis agilmundus Aionis pꝛedicti filius rex creatus eſt:⁊ trigintatribus annis ſuper eos regnauit. Cuius tempoꝛib' vt paulus ſcribit:meretrix quedam vno partu ſeptem edidit filios:quos cum in piſcinaȝ enecandos pꝛoieciſſet Agilmundum regem eo loci tranſire contingit. Uidenſq; rex paruulos exhoꝛruit facinus ⁊ quid nam hoc eſſet admirans: haſta quam manu geſtabat eos voluere cepit. Unus vero ex eis cum ſtatim iniecta manu haſtam compꝛehendiſſet rex ſuper eum miſericoꝛdia motus illum magnum pꝛenuncians ſtatim e piſcina educandum abduxit. Et quia de piſcina(que eoꝛum lingua lama dicitur)extraxerat eum lamuſium nominauit. qui cum adoleuiſſet ſtrenuus in omnibus euaſit adoleſcens. Cum autem Agilmundus Rex a Abulgaris fuiſſet interfectus. Lamuſius ipſe ſiue lamuſio ſubrogatus eſt.⁊.40.ānis regnauit. Qui regno ſuſcepto Bulgaros omicidas maximis afflixit cladibus. Quo moꝛtuo tertio loco Letheius eius filius ei ſucceſſit.qui etiam ipſe.40.annis regnauit. Illoq; defūcto Hildoochim filium ſucceſſoꝛem reliquit. Quem ſecutus eſt Godoochus ⁊ regnauit annis. ii. Quo regnante Rugilandam pꝛouinciam danubio contiguam cepit:⁊ regno ſuo adiecit Eo quoq; defuncto Daphon eius filius ſuccedens regnauit annis.5.cui ſucceſſit Tanius filius eius ⁊ regnauit annis.x. Qui Erulis pꝛofligatis paulopoſt interfectus eſt. Poſt hunc Unachus eius nepos regnauit annis.i8. Cui ſucceſſit Ualtharathis filius ⁊ regnauit.7.annis. Poſt quem alter Unachus eius filius regno ſuſcepto contra Gepidas bellum mouit: ⁊ illos ac Sueuos vicit. Et hi octo ex vna eademq; linthigoꝛum familia nobiliſſima deſcenderunt Uachone autem ſine liberis moꝛtuo Uulatherius nono loco lōgobardoꝛum regnū accepit. Poſt quē Adoynus decimus longobardoꝛum rex fuit.qui pꝛimus longobardos in Panoniam ⁊ Rugilanda pꝛouincia duxit:vbi duobus ⁊ quadraginta annis habitauere longobardi. Alboynus deniq; ei' filius poſt patris iteritum ad regendos longobardos vndecimo loco cunctoꝝ votis acceſſit ⁊ regnauit partim in panonia partiq; in Italia ānis.3i.

Alboynus igitur vndecimus longobardoꝛuȝ rex vir armiſ ⁊ animini virtute inſignis hoc anno poſtquā Gundimundum Gepidarum regem occidiſſet ⁊ gepidas ipſos vſq; ad internitionem deleuiſſet.ac Narſeti belloꝛum pꝛincipi cōtra Totillam auxilio fuiſſet ipſumq; totillam interfeciſſet. Cuius etiam virtute vniuerſa gothoꝛum gens ex italia pulſa fuerat rogatus ab ipſo Narſete Eunucho relicta panonia cum omnibus longobardis ſuis tam mulieribus quā viris adiunctis etiam ſibi.xx. Saxonum milibus. cum ipſis vxoꝛibus ac liberis armentis quoq; per foꝛuȝ Julij italiam intrauit. Et pꝛio ipō Foro Julio occupato Siſulphum nepotem ſuum ibidem pꝛimum ducem pꝛefecit:Indeq; pꝛocedens totam venetiam mox ſubegit. Cumq; Taruiſium perueniſſet ⁊ acole deditionem facere recuſarent eam omnino diripere ⁊ euertere conſtituit. Quo audito Felix quidam ipſius tunc epiſcopus vir ſanctus atq; eloquens ſua pꝛudentia viri Barbariem atq; ſeuitiam deliniuit ciueſq; per deditionem ei reconciliauit. Poſtea etiam Uerona Bꝛixia Bergomo ac Como vrbibus captis. Inſubꝛium pꝛouinciam ingreſſus eſt.vbi Mediolanum vi capiens diripuit. Papiam verō triennio obſeſſam in ſuam tandem redegit poteſtatem. Qua victoꝛia letus Alboynus Ueronam cum ingenti gloꝛia ſe contulit:⁊ ludos ibidem multos cōſtituit:ibidemq; regni ſedem ſibi conſtituens Conuiuium grande pꝛincipibus ſuis celebꝛauit iocūdus ex conuiuio factus Roſimundam vxoꝛem ſuam Gunimūdi Gepidarum regis filiā ex patera capitis pr̄is confecta bibere compulit. Nam alboynus ipſe cum gunimundum Gepidarum regem iter 569

fecifſ3 ex eius capite Scutellam inauratam conficere fecit. quam ⁊ ſecum vbiq3 deferri p̄ce cepit: ac ſic de illa filiam ſuam bibere compulit. Que iniuria cum mulieri nimium inheſiſ ſet de illo vltionem ſuſcipere ſtatuit Erat tum in exercitu Alboyni helmechildis lōgobardus moꝛibus ⁊ foꝛma p̄ſtantiſſimus vir etiam nobiliſſimus ⁊ armis exercitatiſſimus: qui cū Roſimūde ancilla conſuetudinem habere cōſueuerat. Huic aliquando Roſimunda ꝓ ancilla ſe ſuppoſuit. Quod cū Roſimūda feciſſet quis eſſet apparuit: ⁊ ad occidendu3 regē ſub ſpe regni īpulit. Obtruncato itaq3 rege cum Regina eum regem loco mariti conſtituere vellet longobardi (re cognita) recuſarunt ⁊ ambos occiſoꝛes interficere ſtatuerunt. Qd̄ cum didiciſſet regina ſtatim cū adultero ⁊ Alſiunda eius filia ac multa pecunia rauenam ad Longinum Exarchum confugit. vbi non ita multo poſt: referēte paulo hiſtoꝛico: ſe ipſos inuicem veneno ſuſtulere.

Exarchatus dignitas hic incipit

570 Longinus grecus p̄mus italie exarchus: hoc anno p⁹ captā vniuerſā ferme italiam hac vniuerſalem mag̃ratus dignitatē ſuſcipiens regnauit in Rauena annis. xi. hic quippe cū ſupe riouibus diebus a iuſtino ipatoꝛe in italiam miſſus fuiſſet hoc tēpoꝛe in Rauena ⁊ aliq̄bus venetie ꝓuincie ciuitatibus: a longoꝛbardis reſeruatis: que nūc vſq3 quelibet de per ſe ſuo magiſtratu gubernata fuerat hūc nouū magiſtratuſ modū introduxit quē quidē Exarchatum appellauit qui (tanq̄ Egyptioꝝ Dynaſtia) ſūmus italie magiſtratus interp̄tatur. Hic itaq3 ex roma rauenam veniens ibidem tanq̄ Rex ſe cōtinuit: nec deinceps Romā adire voluit. ꝑp̄t q̄ roma poſt baſilium conſulē q̄ cū Narſete conſul fuerat vnq̄ conſule3 aut Senatū habere promeruit: Sed per ducem ab eodem Exarcho ex rauena miſſo ipſa Romana reſpu. adminiſtrata fuit. Durauit quippe hic magiſtratus ferme centum ⁊ vigīti quatuoꝛ annis Eoq3 defuncto Smaragdus ſuffectus fuit.

Daphon ſecūdus ī italia longobardoꝝ rex Alboyno rege opere regine obtrūcato regnauit anno vno ⁊ menſibus ſeptem: Uir quidem genere ⁊ virtute nobiliſſimus ſ3 crudītate quadam infamis hic nāq3 regno ſuſcepto cum multos romanoꝛum nobiles et potentes interficeret eo timoꝛe nobiliſſimi viri vrbibus deſertis per maritimas paludes confugientes in Uenetiam ciuitatē ſe cōtulerūt quoꝛum quidem aduentu ipſa veneta Ciuitas incremētu3 maximū ſuſcepit hic itaq3 foꝛum coꝛnelij Ciuitatem: a Narſete Eunucho: dirutam et ſolo equatam reedificauit et Jmolam vrbem appellauit hoc ideo feciſſe dicitur. vt inde rauenates vexare poſſet hic ēt cū ſtrenuus haberetur rex latinam regionem ſeu prouīncia3 ſuo adiecit imperio. Cūq3 etiā in ſuos nimium ſeuiret ⁊ multos ac multos exilio damnaret a puero obſequij ſui dolo ſuoꝝ aicoꝝ tandem iugulatus fuit. Quo moꝛtuo longobardi per decem annos ſine rege fuere: ſed triginta duces ſeu conſiliarios ſibi creauere Qui tanq̄ cōſules Romani multa cōquiſiere ipi nāq3 campania vniuerſa ſibi ſubiugata atq3 picētibus ⁊ Marſis ſtati Ducē vnū ī Spoleto et alterū in beneuēto cōſtituere.

Lotharius octauus franchoꝝ rex chilperici regis filius hoc āno p̄re defuncto frācis regnarē cepit: ⁊ regnauit ānis. 54. hic tendibertum ⁊ Thendericū germanos habuit q̄ īnt̄ ſe ſe diſcedētes ⁊ debellātes ꝓuīcijs ſuis maximo fuere damno.

5770 571 Tiberius conſtantinus: decimuſnonus cōſtantinopolitanus impatoꝛ p⁹ iuſtinu3 iunioꝛem imperauit ānis ſeptē hunc iuſtinus ip̄e adoptauerat ifiliū: ⁊ multo āte q̄ amēs efficeretur Auguſtū appellauerat. ⁊ quidem merito. cū in eo oīa eēnt oꝛnamēta q̄ optimo p̄ncipi ꝯuenire videbātur. Erat eni cū oī virtute tum clēmētia iuſticia pietate religione ſapiētia ꝯſtātiaq3 ac foꝛtitudie īſignitus. Et inter cetera chꝛiſtianitatis opa in pauperes pientiſſimus ac beneficus fuit: adeo vt theſauros ſui ip̄ꝰ larga manu ī eos exiberet: Ob quā cauſā deus illi p̄ter ſpem tantā auri argētiq3 contulit copiam qūantam eius req̄rebant beneficia Nam et narſetis theſauri ei ex italia delati fuere: dina hoc illi preſentante volūtate: quos ad munificentiam ⁊ liberalitatē cōflatos ēt in ſile conuertit opus. hic exercitum in perſas miſit coſq3 fudit atq3 fugauit multam quoq3 p̄edā cū Elephantis. xx. aduerſus ō eis triū Tiberius

pbauit. Jndeq; populuũ Ro. quoad fieri potuit ab hoſtibus defendit ⁊ quam maxia fru menti quantitate ex Egypto allata eũ a ſeuiſſima fame liberauit: ⁊ hoc benedicti pontificiſ īteruentu quē mirūimōdū dilexit. Tandem extremũ ſibi iminere diem pſentiēs Mauriti um genere Capadocē generũ ſuũ virũ vtiq; ſtrenuũ ad imperium (ex Sophie Auguſte con ſilio) euexit: Quo cōſirmato paulopoſt in pace quieuit.

Benedictus primus papa natiōe Ro. patre Bonifacio poſt ioannē pōtificē ſedit ānis.
papa.64. 4. mēſe vno ⁊ dieb⁹. 28. Uir ſane optim⁹ ⁊ tāto honore dignus: q̄ ⁊ italie ⁊ preſertim .577. 5776
Rome fame laborānti vna cũ Tiberio Auguſto ſubuenit. Maximā enim frumenti quan titatem ab egypto aduehens vrbem ipſam ab inedia conſumptam releuauit. Uerum pau loposſt ex ſolicitudine ac dolore quem in vrbis calamitatibus ac totius italie ob longobar dorum vexationibus cōtraxerat mortē obijt. Jn cuius tumba ſic ſcriptum tradunt.

Magna tuis monumenta pater Benedicte reliquis.
Uirtutũ titulus o decus atq; dolor. Jn eius āt morte ſedes vacauit menſes. 2. et dies. x.

Mauritius Tiberij predicti gener vigeſimus cōſtātinopolitanus impator p⁹ tiberiũ ſo .578. 5777
Mauriti⁹ cerũ ſuũ impauit ānis xx. Qui licet genere Capadox eēt imperiũ tamen ob ai vrutē ⁊ in rebus gerendis ſtrenuitatem merito ſuſcepit. Qui cũ primũ imperium ſuſcepiſſet Ar menos ⁊ perſas per prefectos ſuos debellauit: verũ cũ poſtea cōtra btiſſimũ gregoriũ ſediti tiones ſuſcitaſſet: ⁊ longobardos ꝯtra eūdē Romanoſq; concitaſſet multis etiā iniurijs ec cleſiam dei perturbaſſet diuino tandē operāte conſilio: nō ſponte tñ ſed coacte: penitentia ductus. cũ gregorio pacē componens mitius agere cepit. quod intellexerat angelum quen dam monachi habitu indutũ ſtrictum gladiũ in manu tenētem in conſtantinopolitano fo ro clamaſſe impatorē breui gladio moriturum: hoc idē eius ſomniũ cōfirmauit quo ſe vxo remq; ac liberos cedi vidit. interim vero milites eius ſuis ſtipendijs fraudati phocam cen turionem imperatorem creāt ⁊ ipſum mauritium ꝓpter auaritiam in ſuorũ odium ꝓlap
papa.65. lapſum vna cũ vxore ac liberis oibus obtruncant. .582. 5781

Pelagius ſcōs papa natione Ro. patre vingeldo poſt Benedictum pontificem ſedit an nis. x. menſibus. 2. ⁊ diebus. x. Hic cum abſq; principis iuſſu preter conſuetudinem ordinatus eſſet pontifex timens ſibi Gregorium Monachum virum approbatum cōſtan ſtantinapolim ad placandum imperatorem miſit. Qui eo accedens oia ex pontificis ſenten tia apud imperatorem perfecit atq; ibi moralium libros in Job compoſuit. ⁊ Euthicum eiuſdem vrbis epiſcopum: ita Auguſto preſente diſputando conuicit: vt oia que male de re ſurrectione ſenſerat retractare coactus fuerit. Jpſe enim Euthicius multa de eo articulo contra Orthodaxam fidem exponebat. Pelagius autem hic poſtea q̄ hermetis martiris. Cemiterium ⁊ ſancti laurentij Baſilcam a fundamentis extruxiſſet ⁊ ipm Gregorium ro gatu populi romani ad vrbem reduxiſſet peſtilentia: que cum maxime totaz vexabat Jta liaz: cōſuptus eſt: ⁊ in vaticano ſepultus. Et tūc ceſſauit epiſcopatus menſes ſex ⁊ dies. 26.

Uiri doctrinis excellentes.

Gregorius monachus Romanus poſtmodũ maxim⁹ pōtifex diuini ingenij magneq; auctori tatis ⁊ gratie vir his tempibus ob ꝓbitatem ⁊ ſanctitatem maxio in precio hitus fuit. qui ⁊ multa tũ cōſtātinopoli tũq; rome ⁊ āte papatũ ⁊ in ipſo papatu pro chriſtiana religiōe ad multorum eruditōe edidit opa: ⁊ precipue ea que ſubiecta ſunt.

Moralium in Job li. 35. incipit reuerēdiſſimo ac ſctiſſimo: ſup Ezechielē ptes duas prima.
Dialogorũ ad petrum li. 4. Quadaz die dum. incipit: Deus prophetie: ſecunda.
Paſtoralium li. i. Paſtoris cure. incipit. Quia multis curis
Jtem Regiſtrum li. i. Et Omilias quadragintaduas: ⁊ quedam alia:

Honoratus Mediolanenſis epūs: vir eloquētia ⁊ ſanctitate ornatus per hoc tempus floruit ⁊ nōnulla in diuinis ſcripturis cōpoſuit. Qui cũ alboyni longobardorum regis impetum expaueſceret eccleſiā ſuā ad tēpus deſeruit ⁊ ad Genuenſem vrbem confugit. Hunc autem diuus gregorius in libro Dyalogorũ multis effert preconijs.

583 Artbaris flauius tertius longobardoꝝ rex hoc anno: poſtea ꝙ longobardi decē annis ſine
rege ſtetiſſent: ab eiſdē creatus rex regnauit annis. 7. hic Daphonis pdicti regis filius fuit
quē longobardi Flauium cognominauere: qui licet adoleſcens rex ſublimatus fuerit mul
tis tamē editis facinoꝛibus laudes ingentes promeruit et eaſ obres omnes longobardoꝛuꝫ
duces dimidiam pecuniaꝝ ſuaꝝ partem ei obtulere hic pharā oppidū nō ignobile in Ab
due fluminis ripis condidit ac Brixellum ciuitatē in magine padi poſitam obſedit ⁊ debel
lauit ac ta ndem ſolo equauit. Sed ⁊ francoꝝ regem cū ingēti multitudie ipoꝝ atqꝫ Ger
manoꝝ deuicit ac ex italia fugauit: Qua quidē elatus victoꝛia ad Siculū fretū oia pq̄ſiuit
ac multas alias italie ciuitates in ſuā poteſtatē redegit indeqꝫ ⁊ francilionē romanū ducēꝫ
ex Como ciuitate Cumacinaqꝫ inſula que in lacu lario erat expulit ⁊ igētes ide diuitias
ſuſtulit. qua ditatus pda ſtatim Theudelidā Garibaldi Bauaroꝝ regis filiā xpianiſſimaꝫ
duxit vxoꝛeꝫ Quaōbrē chilpericus francoꝝ rex: q̄ huic arthari inimiciſſimus erat: i baua
rū furēs eū inopinate agreditur ⁊ ex Bauaria expulit q̄ relicto regno cū filia Theudelida
in italiā ad generū fugit: huic tū Gandulphus Bergomēſiū dux ⁊ vlphario Taruiſin⁹ atqꝫ
alij plures longobardoꝝ duces poſtea nimium aduerſari ceperunt: Quibus pacatis eo an
no quo. Theidelindam duxit vxoꝛem defunctus eſt.

Regoꝛius magnus papa eius nominis pmus natione Ro: pře goꝛdiano viro Sena
toꝛio poſt pelagium pontificē ſedit annis. 13. mēſibus. 6. ⁊ diebus. x. doctoꝛ quidem
5791 592 eruditiſſimus humillim⁹ qꝫ atqꝫ ſāctiſſimus qui pꝛimus omniū pontificū: ſe ſeruū ſeruoꝝ papa. 66.
dei noiauit ac ſcripſit. hic: vt dictum eſt: pmo monachus et leuita exiſtens pontificale mu
nus in multa reꝝ perturbatione tandem inuitus ſuſcepit: in quo ſane ita vixit vt vſqꝫ ad tē
poꝛa noſtra neminē ex ſucceſſoꝛibus habuerit parem ne duꝫ ſuperioꝛem vel ſanctitate vite
vel diligentia in rebus agendis vel doctrina ⁊ ſcriptis Ea pp merito terreſtris angelus vo
cari promeruit: Hic itaqꝫ ſuſcepta dignitate Synodum apud ſanctum petrum quatuoꝛ et
xx. Epoꝝ habuit in qua quidem: Gratiano teſtante: multa ſuſtulit que nocitura erant et
multa eddidit que pꝛofutura fidei nře videbantur . ⁊ pſertim que ſubiecta ſunt oꝛdinauit
In ea quippe Synodo pmo quatuoꝛ concilia. ſ. Nicenum Cōſtātinopolitanum: epheſinuꝫ
et calcidonēſe decreto publico appꝛobauit et confirmauit necnon et quintum veneratus ē
vt habemus in canone. xv. di. c. Sicut ſācti euangelij: Uetuit item eo in concilio vt nullus
Bigamus oꝛdinaretur preſbiter: 33. di. c. Maritum duarum. Statuit etiam vt epus ſemel
dumtaxat conſecraretur. 68. di. c. Sicut ſemel. Pꝛohibuit inſuper chꝛiſtianis audire miſſā
pſbiteri concubinarij. 81. di. c. Si qui ſūt: vetuit etiā in vna eademqꝫ pꝛouincia duos ēē me
tropolitanos. 101. di. c. peruenit pceſſit ꝙ Sacerdotibus a populo accuſatis ſuā poſſe inno
cētiam iuramēto affirmare. 2. q. v. c. pſbiter. Mādauit pterea vltimā defuncti voluntateꝫ
modis oibus obſeruari debere. 13. q. i. c. voluntas vltima vetuit etiā mulierib⁹ Monacho
rum Monaſteria introire ⁊ eoꝝ comatreſ fieri poſſe. 18. q. 2. c. peruenit addidit deiqꝫ qua
drageſſimali ieiunio quatuoꝛ dies pmos vꝫ quartā q̄ntā ſextam ferias et ſabatuꝫ: vt habe
tur de cōſe. di. v. c. Quadrageſimā introitumqꝫ miſſe cū vno verſu alicuius pſalmi oꝛdia
uit eius ēt inuētū fuit vt nouies kyrieleiſon diceref et Alleluya ⁊ offertoꝛiū ac poſt coꝛoneꝫ
caneretur idem ſimiliter in canone addidit dieſqꝫ nřos in ſua pace diſponat mandauit rur
ſus in pꝛincipio oīum hoꝛaꝝ canonicarum deus in adiutoꝛiū meum intende cū glīa patri ⁊
filio dicidebere: Supplicationeſqꝫ maioꝛes: pꝛopter peſtem ſedandam: atqꝫ ſtationes pro
maioꝛi parte inſtituit: Quid plura: omnem eccleſiaſtici officij inſtitutionem ipſe ſāctiſſim⁹
pontifex inſtituit et appꝛobauit ipſe quoque adhuc monachus in Sicilia ſex Monaſteria
ex paternis facultatibus edificauit domum inſuper ſuam Rome religioni dedicauit ipſe
etiam Traianum impatoꝛē ab inferno liberauit. pauperes preterea in domum paternam
vndiqꝫ confluentes excepit: ⁊ in vita ciboqꝫ ac potu ſēp miniſtrauit Fuit deniqꝫ vir hic oi
laude digniſſimus ſi vitā ſi moꝛes doctrinamqꝫ atqꝫ moꝛes inſpitias et tū indiuinis rebus
ac in hūanis pꝛoſpitias Hic ꝙ Anglos omnes per quoſdam pꝛobatiſſimos monachos

ad fidem xpi conuertit. Et veſegothas hereticos ad veritatis vnionem reduxit. Cõfirmata deniq₃ hoc pacto ex oi parte eccl'ia: ſanctiſſimus hic gregorius ſecũdo phoce imperatoris anno migrauit ad dñm. Cuius corpus in diui petri baſilica oibus collachrimantibus. 4. idus Martij ſepultum fuit: atq₃ eo die eius natale celebratur. Eoq₃ mortuo ſedes vacauit meñ. 5. ꝛ dies. 19.

Joānes ēt medicus Meſue filius: q̄ meſue alterius fuit filius hanech filij hali filius Abdele regis Damaſcenoꝝ et ipe hiſdē tēporibus ī medēdis langoꝛib^9 clarus exiſtens ō medicina rum ſolutiuaꝝ rectificatōe librum ſcripſit. Aliūq3 Anthidotarij quē appellauit Grabadin edidit inſup et cū de Curis moꝛboꝝ ſcribere oꝛſus fuiſſet. cūq3 a capite inchoaſſet ſcribens de moꝛbis coꝛdis iterijt ꝛ māchū opus reliq̄t qō poſtea petrus Appon^9 patauinus: vt aiūt pfecit An xpian^9 iſte fuerit ignotū habem^9. ꝛ licet tāq̄ fidelis et bonus deū pſepe appellet. nuſq̄ tñ in ſuis opib^9 xpm nominat.

Johachim abbas calaber maxime doctrine et excellentiſſimi ac prope diuini igenij vir hac ipa tēpeſtate apud Gulielmū regē ꝛ Calabros oēs clarus ꝛ inclitus fuit. Qui ꝓphetie ſpū vt aiunt: repletus futura q̄ſi pñtia diſſerebat: Js aliquādo ab othone Auguſto iterogatuſ quid ſibi de xpeditiōe Saracenoꝛum ſperandum eſſet Reſpondit: nundum adeſſe tempus quo hieruſalem recuperari poſſet: itaq3 chriſticolas nō valde profecturos: hic cū plurimū eruditus eſſet nonnullos in ſacris codicibus edidit cōmentarios. et quāmaxime in Apoca lipſim vbi et multa predixit et potiſſimum de oꝛdinibus mendicantium: Jtem cōtra petrū lumbardum theologum librum compoſuit: qui poſtea damnatus et reprobatus fuit ſicut patet in principio libri Decretalium: Alia quoque perpulchra ſcripto mādauit.

Lexander tertius papa natione Senenſis. hoc anno moꝛtuo Hadriano pōtifice a

6359 1160 viginti duobus cardinalibus electus. ſedit annis. 21. et diebus. 19. Uir certe ſtrenuus papa. 179.

et excellentiſſimi animi inſignitus: Jn cuius electione maxima Rome ſeditio oꝛta eſt: Duo enim pontifices conſtituti fuerūt: quoꝛum vnus hic: alter vero a tribus tantum profanatuſ Cardinalibus Uictoꝛ eſt appellatus. Qui inter ſe diſſentientes: Uictoꝛ ad Federicum impe ratorem Alex vero ad Gualuagnum Mediolanenſem principem et philippum francoꝛu3 atq3 henricum Angloꝝ reges ac alios italie principes confugit: Quam ob cām Federicus tres alios cōtra hūc Alexandrum ſucceſſiue pontifices. creauit. nā( victoꝛie moꝛtuo )primo paſcalem poſt Caliſtum deinde Innocentium conſtituit: qui oēs in ſua execratione peſſima periere: Alexander itaq3 hic talibus ꝛ tam continuis circūdatus ſeditionibus cum etiam federicus omnem ferme Eccleſie dictionē occupaſſet hoꝛtante philippo frācoꝝ rege ꝛ Gu lielmo Sicilie rege in Galliam contendit: Ubi ꝛ in Claromonte Concilio habito federicū Jmperatoꝛem ac victoꝛem antipapam cum eoꝛum cūplicibus ſciſmaticis anathemate nota uit: Quapp federicus turbatus deſtructis Mediolano alijſq3 multis italie vrbibus i ger maniā conceſſit moꝛtuo aūt apud luchā vrbē victoꝛe antipapa Guido Cremēſis a ſeditio ſis ſurrogatur ꝛ paſcalē appellāt: interim āt Alex. ab amicis ſuis conſulibus Romanis ex Gallia reuocatus Ciſalpine gallie ppli in libertatis ſpem erriguntur et in Federicum ſeuiſ ſime imperātem arma ſuſcipiūt et eius pſidia ex munitionibus eijciunt: Quo audito Fede ricus rurſus ex germania cum magno exercitu in Jtaliam venit et vlciſcendi iniurias: vt ipſe dicebat: occaſione nactus in Romanam vrbem mouet. Pro quo pontifex eius vires perhoꝛreſcens poſt duram vrbis obſidionem et hoꝛrendas vtriuſq3 partis cedes decimo ſeptimo pontificatus ſui anno Coqui ſui veſtibus ſumptis eo in habitu venetias profugit et ad diue virginis de Caritate Monaſterium pauloante a Marco Juliano conditū: pro

fectus ab incolis recipitur et Ortulo ꝑficitur poſt aliquot vero menſes cū quidam nomine
Comodus eum ibidem agnouiſſet velut inſenſatuſ cōfeſtim ad Sebaſtianuꝫ Ducē acceſſit
⁊ ſileuter in vrbe Ueneta adeſſe pōtificem romanū retulit: Qui re cognita mox Senatum
congregās cū omni apparatu ad pontificis diuerſoriū acceſſit Compertoqꝫ ibidem pōtifice
Ro. in tali deſpecto habitu eū cū crucibus alijſqꝫ ſolemnitatibus ad diui marci tēplum cū
oī gaudio ⁊ plauſu p̄mo ꝑduxerūt: Cumqꝫ ibidē pontifex ante altare ex more cō ſediſſꝫ ipꝫ
principem et Senatū ac omnem populū bn̄dixit: imperator v̄o audiens pontificē venetijs
adeſſe. Othonē filiū ſuū cum armata claſſe ad repoſcendum pontificeꝫ venetias miſit Cui
Sebaſtianus Dux occurens facto congreſſu. ipſum ſuperauit et venetias vinctuꝫ perduxit
Othus āt ad pontificem captiuus perductus eo procurante pax inter pontificem ⁊ patreꝫ
Auguſtum componitur: Altera vero que ſecuta eſt dies Federicus venetias venit ⁊ paceꝫ
a filio confectā hoc modo approbauit. vt Rome ⁊ que dictōnib⁹ erant Eccleſiaſtice pōtifici
redderet. ⁊ quicq̄d ille ꝑ perpetrata culpa iniungeret pacienter perferret: Iſto igitur federe
inito: Alex. pon. confeſtim ad Januas templi diui Marci acceſſit ⁊ ibidem vniuerſo aſtāte
Impatori iuſſit vt ſe humi proſterneret ⁊ veniam denuo poſtularet. At pontifex Ceſaris
collum pede cōprimens: ait. Scriptum eſt. Super Aſpidē et Baſiliſcū ābulabis ⁊ cōculca
bis leonē ⁊ draconē: At Federicus Nō tibi inq̄t ſꝫ petro cui ſucceſſor es pareo ⁊ pon. ⁊ mi-
hi et petro: Ac ſic int̄ i patorē ⁊ pōtificē pace cōpoſita: Ipe imperator cū bona venia rece-
dens Conſtātiā ſe contulit atqꝫ ibidē etiā pacis federa cū oībus. Ro. imperio ſubditis pcuſ
ſit: que pax conſtantiana nūcupata eſt: ac pro lege hita apud noſtros allegatur abiens autē
venetijs pon. cū Gulielmi Siculi regis triremibus. xiij. ⁊ q̄tuor venetis. Ob acceptū bene
fitiū q̄buſdā gratijs venetoꝝ Ducē atqꝫ Senatum exornauit de quib⁹ infra dicemus: cūqꝫ
tertio hic pon. Romā ꝑfect⁹ eēt prodente obuiam honoris gr̄a oī pplo ſtatiꝫ apō lateranū
conciliū celebrauit tū maxime vt mores curie iam nimia licentia labefactatos componeret
tum ēt vt alia ad chriſtianam rempu neceſſaria cōſtitueret: Quibus geſtis. dū p⁹ longos
labores quieturus ſperaret. āno pōtificat⁹ ſui p̄mo et vigeſimo Rome moritur.

Alexandria Ciſalpine gallie ciuitas hoc āno a Mediolanēſibus ſocijſqꝫ Ciuitatibus contra
papienſes Impatori fauentes cōi conditur impenſa et ab Alexandro pōtifice Alexandria .1161.
appellatur. Hec eni inter Aſtenſem vrbem atqꝫ papiā apud Rouretum Tanaro amni ad
iacentem cōſtituta ē. ⁊ Tanarus ip̄e fluuius ipſam quaſi iterſecat q̄ quidē fluuius exhūdāſ
quādoqꝫ ip̄am perturbat. Condita igitur vrbe. ex cōſēſu cōſilioqꝫ pontificis ad ipſam inco
lendā quindecim hoīum milia ex conuicinis Ciuitatibus ſtatim miſſa fuere quibus ⁊ viri
tim diuiſi ſūt agri: atqꝫ ad edificandum partita ſūt in vrbe loca. Anno deinde quīto vrbis
condite: Alexander ip̄e pontifex: priuato prius papienſi ep̄o palij et ferrende crucis dignita
te: noue vrbi ep̄m dedit. verū cū aliquādo ip̄i ciues quidam inſolentes ep̄m interfeciſſent
ꝑ annos plurimos ep̄o ip̄a ciuitas caruit: ip̄a quippe ciuitas nūc multis claret familijs cla
riſſimis in quibus adſūt viri ꝑclariſſimi. qui artē bellicā atqꝫ leges cū gl̄ia ꝑtractāt: inter q̄ſ
ſūt Guaſchi atqꝫ troti nobiles celeberrimi.

Mediolanū āt Metropolis et regia ciſalpine regionis ciuitas. hoc anno. poſt ſeptem ānoꝝ
obſidionis a Federico capta: innumerabilibus viris ac mulieribus et pauulis in Germaniā .1162.
tranſmiſſis: ſolo funditus eq̄tur: et ad perpetuā rei et facinoris memoriā Aratrū ſemel huc
atqꝫ illuc iuſſu imperatoris deducitur et Sal ſupſpargit: Spoliatis āt ciuiū reb⁹ Federicus
ip̄e iperator reliquū ppl̄m extra vrbē miliario d̄cimo habitare coegit Rodolphus v̄o q̄dā
tūc Colonīēſis ep̄us: huic euerſioni p̄ſēs cū Impatore aſſiſtens et ip̄e tria magoꝝ corpa: q̄
Euſtorgius Mediolanēſis ep̄us e Cōſtātinopoli iā diu tranſtulerat: rapuit et ſecum cum
gaudio ad ciuitatem ſuā: vt Uincentius gallus teſtatur: tranſtulit: Gualuagnus āt medio-
lanenſium p̄nceps paulopoſt e compedibus federici imperatoris aufugiēs in italiam venit
et ciuibus ſuis in vnū collectis. vrbem abintegro: adiuuātibus vicinis ciuitatibus et ema
nuele grecoꝝ imperatore: cū maxima gl̄ia repoſuit atqꝫ muniuit; Similiter ⁊ Dordonam

Ciuitatē ab eodem federico ſpoliatam ꝛ dirutā atqꝫ ſuccenſā ipe Gualuagnus vir optim⁹
reſtituit.ac etiā apud Albiate oppidū pontē perpulchrū extruxit.

Secuſiam pedemontium regionis tūc ciuitatē in ciniſij mōtis radicibus poitam idem fede-
ricus imperator:dum ex gallia in italiā deſcenderet ēt dolo cepit:quā cū bonis oibus ſpoliaſ
ſet penitus diruit nec poſtea vnq̄ in eandem celebritatis dignitatem coaluit eiūs poſtmōꝫ
ēpatus pp Ciuium improbitatem in Thaurinenſem(vt aiunt)tranſlatus eſt:Eo tamen in
loco adhuc caſtrū frequētatiſſimū et munitiſſimū hētur.Ducibus Sabaudie ſubmiſſum
Spoletuꝫ ēt Umbroꝝ celeberrima olim ciuitas.et ipa bis tumultibus cū Alexādro pōtifici
faueret a federico ceſare iaꝫ tertio deſtruitur et vaſtatur.ex qua(ꝑmū ſacris virginibus oi-
bus violatis)omne hominum genus in ſeruitutē redigi precepit:Primo nāqꝫ Teodoricus
ꝑmus Gothoꝝ rex cū ipam diu tenuiſſet in ea ampliſſimas edes edificauit ꝛ ipam celeber
rimam reddidit:ſꝫ alij qui eidem regi ſucceſſerunt Gothi eaſdem edes deſtruxerunt ac etiā
menibus euerſis tandē vacuā reliquerūt;quā tñ poſtea Narſes Eunuchus(deſtructis Go
this)denuo refici fecit atqꝫ mādauit;Eam quippe ciuitatem cū lōgobardi nr̄i conꝑhēdiſſēt
ob vrbis dignitatē Ducū ac principum ſuoꝝ ſedem conſtituerunt:poſt deſtructionem vo
regni longobardorum ſtante Romane eccleſie felicitate Theatrum fuit:habet hec ipſa Ci
uitas inter cetera nūc Arcere omnium italie munitiſſimam:que ꝛ edificioꝛuꝫ pulchritudie
preter alios nuperime(vt vidimus)a Dominico gentili ricio gennēſi patritio ꝛ comitis hie
ronymi riarij Sororio ibideꝫ preſidenti ornatiſſima reddita eſt:hanc quippe antiquiſſimā
fuiſſe conſtat cū ipſam liuius.li.xx.Coloniam a Romanis deductam fuiſſe ſcribat:ad quā
cū hanibal poſt tranſimeni laci pugnā perueniſſet ab ipſius vrbis Ciuibus turpiter repul
ſus fuit:habuit ipſa ciuitas plures clariſſimos in omni virtute ꝛ dignitate viros.ornat qꝫ
mltis ſcōꝝ martirū ac ꝯfeſſoꝝ reliquijs.

Crema aūt oppidum nobiliſſimū.atqꝫ oiuꝫ italie frequētatiſſimū ꝛ ꝑmarium(diu ante con
1165 ditum)tempeſtate hac a Federico iſto Ceſare poſt afflictam diu ac laceratam dirutamqꝫ
Cremonam in eius damnum obprobriumqꝫ erexit et muris arceqꝫ prope in expugnabili
Nec nō et foſſis muniuit atqꝫ edibus plm āplificauit et cultius ipſum reddidit:qd propter
agri bonitatem multi ex conuicinis Ciuitatibus ac Caſtellis ad ipſū confluentes celeberri
mum reddiderūt:vnde ꝛ noſtro ſeculo poſtq̄ id caſtrū:imo potius ciuitas:in manus Uene
toꝝ deuenit tanto fulgore ꝛ dignitate viroꝝ Illuſtriuꝫ et edificioꝝ tam pblicoꝝ q̄ ꝑuatoꝝ
claruit vt in tota Italia nemo illi par aut diuitijs aut vrbanitate aut populoꝛū frequētia
inueniatur.

Almericus ſextus ex nr̄is hieroſolimoꝝ rex hoc āno Balduino fr̄i i regnū ſuccedēs regna-
1166 uit ānis.12.Uir per oia ſtrenuus et mlto memoratu dignus.q̄ primo regni ſui anno Dro-
guntem Egyptioꝛū ducē in prelio:edita prius ingēti cede:diuinitus ſuperauit et Alexādriā
eius regni ſedeꝫ obſedit.quā quideꝫ Tiracunus Soldani Turcoꝝ regis prefectus ipſi ſol
dano dño ſuo p fraudē ſubtraxerat.Alexandrini aūt cū nullo pacto chriſtianis ſubici vel
lent.Almerico tandem ſe hac conditione cōmiſere vt pulſo Tyranno in Soldani poteſta
tem p ſuas manus reducerentur:Almericus itaqꝫ hic ingenti pecunia promiſſa vrbem ſol
dano reſtituit:ſed cū pecuniam pactam nō in integrum Soldanus preſtaret in eū ducens
carras nunc Cayrum vrbem potentiſſimam venit et ipſam diu obſedit:Qui; quāuis ſpe
pociunde vrbis nō careret accepta iterum ingenti pecunia obſidionē ſoluit mouens deide
in Aſcalonē eā paulopoſt re infecta reliquit eo q̄ comeatibus idigeret:Domū vo regreſſuſ
nō diu ſuperuixit.

Gulielmus eius nominis ſecūdus magni Gulielmi regis filius tertius Sicilie ꝛ Apulie rex
1168 hoc āno poſt pr̄em regnum accipiens,regnauit anis.25.vir quidē pacis et q̄etis amator q̄
cū regnum ſuſcepiſſet audito Alexandri pontificis diſcrimine magnam ſtatim pecuniaruꝫ
vim et triremes duas paratiſſimas eidem miſit quas ingreſſus pontifex ſalutem ſibi fuga
p Tyberim queſiuit:Indeqꝫ maxia claſſe cōpata ꝯ Turcos latinis in aſia infenſos traici-

ens oīa pturbauit et Theſalonicā macedonie vrbē eis ſubſtulit ac m̄ltas gretie ⁊ Thracie vrbes varijs calamitatibus affectas partī cepit partiq̄ diripuit nuſq̄ꝫ Andronico ipatore eoꝝ occurente: Ip̄o āt Andronico deinde ſublato et pace cū Iſaac eius ſucceſſore firmata: mox cū quadragita tribuſ triremib⁹ cū Conrado mōtiſſerati Marchione i Syriā traijecit q̄bus preſidijs adiutus Almericus rex turcos: maxia illata clade: ſupauit ⁊ pfligauit: inde Tyrū mouēs Saladinū egypti regē vrbē turpit̄ obſidētē repulit ac ita mari pacato pficiſcētibus i aſiā chriſtianis omnifariam annonam miniſtrauit: ac poſt paucos dies vir chriſti aniſſimus panormi ſine filijs maſculis defecit relicta tantū mō Cōſtantia filia monacha de qua mox dicemus.

Sebaſtianus ziaus ſecūdus et quadrageſimus venetoꝝ Dux. hoc anno vitali Michaeli Duci ſuffectus ducauit annis. 7. vir certe ſapia pbitate religione ac fortitudine inſignitus Qui magr̄tu ſuſcepto ſtati p̄deceſſoris ſui homicidas aiaduerſus eſt: inde cū federico ceſare ob ſummi pontificis Romani tutelā ⁊ defenſionē durū ſatis ſuſcepit bellū: ⁊ cū ingenti glia confecit quia vniuerſā Federici Claſſem pfligauit et Othonē eius filium in preli o cepit et venetias ad pontificē captiuū pduxit: Quoꝝ interuentu et prudentia pax poſtea: vt p̄miſſum eſt: inter impatorem et pontificem confecta fuit. Et pon. ip̄e Romā redijt ob cui⁹ beneficiū pon. ipſe ip̄i Sabaſtiano duci et eius ſucceſſorib⁹ ac Senatui ſuo veneto hec. ip̄a donaria ſeu priuilegia conceſſit: Et p̄mo q̄dē funale candidū quod ſolis pontificib⁹. Ro. portandum conſuetudo concedit eidem largitus eſt: Item q̄ plūbo eoꝝ Ep̄las ſigillare deinceps poſſent q̄ tātum ſūmis pontificibus licitum erat: Tertio eidē principi Umbrellā conceſſit que eſt ornamentum Galero p̄ſimile: quarto venetoꝝ principi tertiam ſedem in Theatro. Ro. fieri fecit. cum prius due tantum in pape theatro ſedes eſſent: quarum dexteram pon. ſummis ſiniſtram v̄o ceſar teneret. Demū in Aſcenſione dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i venetijs in tēplo btiſſimi Marci euangeliſte indulgentiā plenariā perpetuo duraturam conceſſit q̄ vſq̄ in p̄ns cū magna ſolemnitate et populorum concurſu pdurat. Quinto ip̄i duci octo vexilla ſericea diuerſoꝝ coloꝝ obtulit. Sexto deniq̄ cereum albū eidem pdonauit: que oīa. Venetijs i palatio ſācti marci perpulchre depicta habentur. Deniq̄ Sebaſtianus h c ſex annis magr̄atu completis. in langorē decidit. et tandem deuotione cōmotus in Monaſterio diui Georgij maioris ſe deferri p̄cepit. vbi ⁊ poſt aliquot mēſes relictis ibidē plurimiſ diuitijs ⁊ fūdis e vita feliciter migrauit. vbi ⁊ ſepulchro marmoreo qđ ſibi viuēs iclauſtro conſtruxerat ſepultus iacet.

Saladinus egypti rex hoc anno Norandino Saracenoꝝ rege defuncto eius loco tanq̄ vir fortiſſimus et ſtrenuus ab oībus ſurrogatus regnauit annis. 16. Hic magiſtratu atq̄ reg⁹ ſuſcepto ſtatim ꝯ Egyptioꝝ regem in bello proceſſit quo tandē capto ⁊ occiſo vniuerſam egyptū et Syriam oēm cōquiſiuit et ſuo imperio adiecit: Deide in xp̄ianos mouēs: primo et ſecūdo p̄lio a Balduino rege leproſo ſupatur atq̄ fugatur: verū compatis denuo copijs ꝯ Emanuelem grecoꝝ regē mouet quem et ſimulata fuga aliquādo in anguſtas conualles protrahens tādem ſupat et capit. Cui⁹ victoria elatus factus contra chriſtianos de hieroſolimitanos regno contendentes cū maxio exercitu pceſſit: quā tādē: poſt maxiā chriſtianoꝝ ſtragem cum vniuerſo eius regno cepit et de ea triumphauit: ipſā namq̄ Ciuitatē ſanctā chriſtiani reges poſt Gothifredum Regem per annos octo et octoginta cum magna gloria poſſederant: Hic quippe Saladinus clariſſimuſ fuit cui nil aliud ad ſummam defuit laudē niſi chriſtiani nominis caracter: Qui moriens tandem mandauit in ſui funeris tropheum tale ante corpus ſuū deferri ſpectaculū vz panū nigrum in lancea ſuſpenſum cui precederet preco clamans. Saldinus Aſie totius domitor ex tantu regno tantiſq̄ opib⁹ moriens nil alid ſecū defert.

Soles tres hoc āno nonis Septembris in occidente ſimul viſi ſūt. Et poſt duas horas ceteris deficientibus qui medius fuerat ſolus occidit: Similiq̄ modo proximis ānis tres lune apparuere. Terremotus ēt circa hoc tēpus pluribus annis nō nullas quaſſauere puintias

et quã maxie Syriã atq Ciliciã i qb⁹ multe vrbeſ diu nutarũt quedãnq cũm magna populorum ſtrage corruerunt.

Balduinus eius nois quartus Almerici ſuperioris regis filius ſeptimus ex nr̃is hieroſolimorum rex poſt prẽm regnauit in hieruſalẽ ãnis. 6. Hic iteger i oibus fuit qui lz vehementi la
.1178. boraret lepre morbo regnũ tñ cõſtantiſſime ac prudentiſſime gubernauit: Et inter cetera ſua facinora Saladinũ pdictũ regẽ virũ fortiſſimũ duobus deuicit plijs vno. ſ. apud Aſcalonem altero apud Tyberiadem: ⁊ quo aduixit eum intra limites ſuos continuit. hic vxorem nullã ꝑpter lepram ducere potuit: ſed cũ duas ſorores haberet pmam natu maiorem noie Sybillam totius regni heredẽ cõſtituit: ⁊ Gulielmo cognomento longaſpata Montiſferrati Marchionis filio vxorẽ ddit: ex quo vnũ tm̃ genuit filiũ noie ſiſe Balduinũ. ipe ãt Gulielmus gener iuſſu Soceri ſui multa atq pclara ꝯ Saracenos geſſit faciora ſ3 ſuſcepta vxore paulopoſt aieris itempie e vita migrauit relicto filio Balduino paruulo ſupſtite

Philippus francoꝝ rex Ludouici ſupioris regis filius. hoc anno poſt patrẽ Francis regnarˀ cepit: ⁊ regnauit ãnis. 44. De iſto multa atq pclara Uincentius gallus li. 29. diſſeruit. hic
.1179. itaq regno ſuſcepto cũ audiſſet hieroſolimã a Saladino fuiſſe captam Clemẽte põtifice romano admonẽte cũ multis chriſtianoꝝ pncipibus Syriam adnauigauit. Cũq ptholomaydem vna cũ Rycardo Angloꝝ rege ſe recepiſſet: ac inde hieroſolimam repetituri eẽnt ãbo de hieroſolimoꝝ regno contẽdere ceperũt. Demũ philippus hic idignatõe comotus ſimulata infirmitate in Europam (dimiſſo Rycardo) regreſſus ẽ Ubi in regnũ ſuũ introgreſſus reliquũ vite ſue tempus in pace ⁊ ſãctimonia cõſumpſit. Ferũt hiſtorie hũc philippum religioſoꝝ oratõib⁹ miraculoſe fuiſſe natũ: qꝛ cũ Ludouic⁹ pr̃ iã ſexagenari⁹ liberis careret vniuerſis pplis ⁊ quãmaxie religioſis regni ſui pcepit: vt dñ3 iſtãter depcarẽt ꝗtinus ſibi filiu3 ⁊ regni ſucceſſorẽ cõcedere dignaretur: q̃ facto ſequenti anno hũc philippũ genuit filium.

Henricus autem Angloꝝ rex vir vtiq ſtrenuus. hoc ipo ãno (teſte vincentio gallo) diẽ obijt Cui cũ aliquando beati Thome Archiepi Cantuarienſis mors iputaretur mox oratores ad Alexandrũ põtificẽ Romã ad ſe purgandũ miſit: Quibus cũ põtifex nõ facile crederet duos Cardiales ad rem diligent⁹ inueſtigandam i Angliam miſit. Quibus rex dimiſſo hibernico bello (quo erat intentus) honoris grã apud Normandiam occurrit. Req diſcuſſa ad hoc ventũ eſt vt henricus (cũ nõ ſatis conſtaret defacto) iuramẽto ſe purgaret: promiſit tamen aliquam penitentiam agere de ipſius ſãcti viri nece. Cuius ⁊ſi inſons atq neſcius fuiſſet occaſionem tñ aliquã pſtitiſſe viſus fuit qꝛ illũ viuẽtem nõ honorauit: Additũ eſt ꝑterea ei: vt ducẽtos milites hieroſolimam mitteret qui ſuis auſpicijs ſuaq ipenſa per annũ ꝯ Saracenos ibidem dimicarent. vtq ipſe triennio cũ qnanto poſſet exercitu contra barbaros bellum gereret: libertatemq eccliaſticam in ſuo regno tueretur appellationibus ad curiam Ro. factis nõ aduerſaretur. Quibus iure iurando firmatis Anglici regni titulum in ſe ſuoſq heredes transferri meruit. hinc factum eſt: vt Anglici reges a Ro. pontifice regni iura recognoſcant.

Laurus maripetrus quadrageſimuſtertius venetoꝝ dux Sebaſtiano duce hoc anno oium
.1180. bonoꝝ ſuffragijs ſuffectus ducauit annis. 14. Uir quidem optimus magniq cõſilij ac tanto magiſtratu digniſſimus. Qui henricum Dandulũ virum ſtrenuum ꝑpter violatum a grecis iuſgentium ad Emanuelẽ coꝝ ipatorem legatum miſit: quẽ ſceleſtus imperator grecorum viſus maleficio captum: tam diu candentia Enea inſpicere coegit quoad oculoꝝ aciẽ amitteret. Caꝓpter inſenſi ⁊ turbati veneti cũ galloꝝ copijs iũcti imperium ⁊ cõſtantinapoli vrbem grecis ſuſtulerunt. Quibus omnibus bene a ſe geſtis cum Laurus hic ſoli deo deſeruire cuperet magiſtratum a ſe abdicauit ⁊ in Monaſterio ſancte Crucis intrauit ⁊ religionis habitum ſuſcepit atq ibidem in omni ſanctitatis opere vſq ad mortem perſeuerauit vbi ⁊ tandem plenus bonis operibus in pace quieuit.

Alexius Emanuelis grecoꝝ ipatoris filius. hoc ãno prẽ defũcto in imperium licet adoloſcẽ
.1181. tulus ſuccedens impauit annis. 4. Huic autem pater ꝑpter adoleſcentiam Andronicum

quedā gr ecū regia ſtirpe progenitū tutorem dedit: qui p aliquot annis ipſiū ſapiēter et cum ſūma laude adminiſtrauit cuiꝰ ēt intuitu philippus pdictꝰ francoꝝ rex agnetem filiā adoleſcenti vxorē dedit: Verū vt humana aſſolet cupiditas pꝰ aliquot tempus Andronicus cū videret latinos pp affinitatem puero fauere zelo comotus latinos pepulit et puerū i vndiſ necauit ac conſtantinopolitanum imperium ſibi vſurpauit. ac pmarios qui i vrbe erant ciues oēs interfecit.

papa.180. Lucius eius nominis tertius papa natiōe lucanuſ poſt Alexandrū pontificē ſedit āniſ 4. ꝛ. menſibus duobus: Hic āt optimus vir pontificatu ſuſcepto cum Conſuluꝫ nomen e Romana repu. abolere anniteretur ab vrbe eiectus eſt: atq3 eius fautoribus Romāi in ſeditionem verſi oculos effudere: Unde pon. veronā veniens ibidem pp acceptam tam inſignē a Romanis contumeliā habito concilio et ipoꝝ licentiam improbauit ꝛ principes chriſtianos adhortatus eſt vt noſtris in Aſia pro fide xpi laborātibus ſuccurrerēt: dum aūt pro hac re nūcij vltro citroq3 mitterētur ibidem pontifex emoritur et magna adhibita pōpa ante altare cathedralis eccłie ſepelitur: hic lucenſibus ſuis a Federico ipatore ſignādi pecuniam licentiam impetrauit: prout ſatis i lucana ciuitate a nobis vt ſupra expſſium eſt. .1182. .6381.

Terremotꝰ atq3 portēta mlta hoc āno vbiq3 ferme fuere. ita vt Antiochia et Tripolis atq3 Damaſcus magna ex parte corruerit: Cathina ēt ſicilie Ciuitas prorſus euerſa ſit in qua circiter. xx. boiūꝫ milia ſint oppreſſa: In ea q3 Sicilie inſula ɔ aquaꝝ naturaꝫ pelagus retro ceſſit: ꝛ boiūꝫ ferme qnq3 milia abſorbuit: in italia iſuper Grandines Ouis Anſerum groſſiores cecidere: .1183.

Hieroſolimitane vrbis vltima captiuitas.

Guido luſignanus Sibylle Balduini regis leproſi ſororis maritus. hoc āno mortuo balduino et eiꝰ nepote Balduino paruulo Gulielmi mōtiſſerati filio ex Sibylla ipa ſuſcepto octauo loco regnū ſuſcipiēs regnauit annis duobus. viuēte nāq3 Balduino leproſo et Sibylla ipa ad ſecūdas nuptias cū iſto guidone tranſlata Balduinus rex leproſus nepoti ſuo cōſulturus Guidoni iſti ac Raymōdo Tripolitano pricipi tutelā dedit. hac tñ lege vt quoad Balduinus paruulus pueritiam ſupgrederet regnū gubernarēt et pꝰmodū ipi nepoti redderent: Sed Balduino ſene defuncto Tripolitanꝰ Comes nō potuit pueri curam ſuſcipere Sibylla et Guidone prohibentibus ſed nec quidē diu ſupuixit puer quia octauo menſe pꝰ auum mortuus ē: cuiꝰ mortē tā diu mater oculrauit donec largitionibus ꝛ blādicijs in ſui ſētentiā deductis patriarcha ꝛ proceribus Guidonē maritum creari regem obtinuit: tulit eam rem grauiter Raymūdus comes: vnde iter ipſos Guidonē ſilicet et Raymūdū maxie orte ſūt diſſenſiones in qua Raymūdus ſoldano adherens maximū detrimētū Guidoni ꝛ reliquis chriſtianis acquiſiuit: Quāobrē Saladinus pdictus ingenti peditū et equitū exercitu comparato: ptolomaidē pmo inde Aconem poſt Berituꝫ et maritima omnia occupauit Poſtmodū i Aſcalonē ducēs ipam ad deditionē coegit captis Guidone et tēpli magiſtro verum qui in Aſcalone pſidio erant deditionē his cōditionibus fecerūt vt Guidonē ꝛ tēpli magiſtrum redderent: poſt hec Saladinus hieroſolimā veniens vrbē oppugnare: ꝛ quidēꝫ acriter: cepit: quā demū hi q i pſidio erant deſperatione magis q̄ oppugnationum metu adducti ea cōditione deditionē fecere: vt cū ſuppellectili quā ſinguli humeris ſuis ferre poſſent abire pmitterentur. facta ē igitur hec deditio Fa octobris die āno nono ꝛ octuageſimo poſtq̄ chriſtianoꝝ ēē ceperat: Migrantes itaq3 chriſtiani heraclium patriarcham ꝛ clerum facto agmine ſecuti ſūt: ꝛ parſ Antiochiam pars vo Tyrū aut Alexādriā petijt: ꝛ inde in Siciliam quiſq3 traiecit: Saladinus itaq3 hieroſolimā ingreſſus Cāpanas primū turribuſ deiecit. De hinc Baſilicas omnes pter Salomonis tplm prophanauit. qō poſq̄ igrederet aqua roſea lauit: Manſere tamen hieroſolimis xpiani Aſiatici Siriani Armeni Jacobite Georgiani ꝛ greci vſq3 in pñs pmitente Saladino. .1184.

papa.181. Urbanus tertius papa natione Mediolanenſis pře Joanne gēte nobili Cribella natus hoc anno lucio pontifici ſuffectus ſedit āno vno et men. qi. xi. Qui q̄pmū pōtificatum inijt reuocare ad concordiam chriſtianos principes et quāmaxie in Aſia annixus .1186. 6385

eſt vnde pmo ſui pontificatus anno comparande claſſis gr̃a:ne hieroſolime caperẽtur: venetias venit ſ3 audita hieroſolimoꝝ captiuitate xpianoꝝ ꝗ miſeria ex dolore ai accepto i itinẽ apꝰ Ferrariã obijt:ibidẽq; ſepultus fuit.

Andronicus ãt grecus regia ſtirpe procreatus:hoc ẽt anno Alexiũ imperatorẽ ſuũ adoleſcẽtem interfecit ⁊ ipſe iperiũ vſurpauit:Nam idẽ Adoleſcens imperator dum i aquis laxãdi ai gr̃a paruo nauigio:huc atq; illuc dilaberetur eũ in mare pcipitẽ dedit atq; necauit quo mortuo ipe aſſumpta purpura Imperiũ vſurpauit:Quo occupato aliud facinus ñ minus paruum priori addidit quia oẽs iperij proceres quoꝝ virtutẽ ſuſpectã hẽbat breui turpiſſima ſuſtulit morte atq; alios multos nobiliores exilio damnauit:pp qð ⁊ dijs atq; hoibꝰ odio plurimum haberi ceptus eſt:Quãobrẽ Conſtantinopolitani Ciues neceſſitate compulſi Iſaac quẽdam ẽt regia ſtirpe procreatum ad iperiũ vocarũt:Qui ſtati fauentibus Ciuibꝰ ãdronicũ plio ſuperatũ et captũ varijs cruciatibꝰ iterfecit.

Conradus Bonifatij montiſferati marchionis filius.hoc ãno ex italia in Syriã ꝯ ſaladinũ
1187 pfectꝰ ab Iſaac Conſtantinopolitano imperatore permaxima Claſſe accepta in Saladinũ duxit atq; eius exercitum cũ ingenti damno et dedecore fudit atq; fugauit:Itide3 i turcos faciens multos eoꝝ nobiles captiuos abduxit:Quamobcauſam Bonifacium eius patre3 a Barbaris ipſis pridem captum et in vinculis coniectum redimere meruit Tam diu dein de ibidem pro fide chriſti pugnauit quoaduſq; vitam cum ingenti gloria exigit:Hic tamen vnum mali exempli peregit opus ꝙ Iſabelam Balduini ſororem ſibi affinitate coniunctã cum Tyri apud eam ageret rapuit et vt hieroſolimitani regni titulos ſibi aſcriberet: cu3 ea iam alio viro in coniugium tradita eſſet:matriomonialiẽ comiſcuit:

Regorius octauus papa genere Beneuentanus.vrbano põtifici hoc ãno ſũmo oiu3
6387 1188 conſenſu pontifex ſuffectus ſedit diebuſ tantummodo.57.Qui põtificatu inito pari ardore contra Barbaros accenſus ſtatim piſas pficiſcitur.vbi dum gemenſes cu3 piſanis papa.182. compoſuiſſ3 hanc eis legẽ ipoſuit.vt vterq; populus Claſſe3 quãtã poſſent congregarent et in Aſia3 p chriſtiana religione tuenda properarent:Erat tũc ẽt populus piſanus bello maritimo admodũ potẽs.S3 dũ hec ardẽtiori cura vir ſãctꝰ ageret piſis morit ⁊ ibidem cum luctu ſepelitur.

Lemẽs tertius papa pr̃e ioãne Ciuẽ Romano natus poſtea põtificatũ accipiẽs ſedit annis duobus et diebus.1 .Hic ẽt ſuſcepto pontificatu cõfeſtim de bello i ſaracenoſ ducendo edictũ propoſuit.Poſtmõ3 nõnulla edificia i vrbe extruxit.⁊ Clauſtrũ apð ſãctu3 papa.183. laurẽtiũ extra muros edificauit:Edeſq; lateranẽſes vetuſtate collabentes nõ mediocri ipẽſa reſtituit et eiꝰ tẽplũ Muſiuo ope exornauit:Necnõ ⁊ quorũda3 clericoꝝ mores ñ ſatis probatos ſua ſeueritate emẽdauit:Atq; cũ Tancredo Apulie tyrãno bellũ geſſit.tãde3 cu3 mortẽ obijſſet i lateranẽſi eccl'ia cũ igenti põpa ſepelitur.

Bonifatius montiſſerati Marchio Conradi pdicti pater hoc ãno a Barbaroꝝ captiuitate p filiũ liberatus:poſtq̃ Theſalie regnũ ob eiꝰ pſtantiã ab Grecoꝝ ipatore obtinuiſſet: ab vniuerſis chriſtocolis in ſanctã expeditionẽ pficiſcẽtibꝰ:abſcens:vniuerſalis imperator cõi omniũ conſẽſu diligitur.Conuenerãt eni innumerabiles europe pncipes a Clemente papa excitati i vrbem Sanſon vt arma p ro chriſtiana religione ſumerẽt.iter quos pcipui fuere p Federicus ipator philippus francie rex Ricardus anglie rex et Oddo Burgũdie dux cu3 innumerabilibus pene Archiepis et epis quibus ẽt affuere veneti Genuẽſes et piſani cum paratiſſima claſſe:atq; Friſones ⁊ Dani ac Frandrẽſes cũ triremibꝰ ſexagitaduabꝰ.hi oẽs potentatus cõi conſenſu Bonifaciũ iſtũ Theſalie regẽ generalẽ ſibi delegerũt ipatorẽ ⁊ Ducẽ Qui in Syriam proficiſcẽtes mltas ſtrages:ſuo auſpitio:barbaris dedere verũ mortuo Federico ⁊ inĩ philippũ frãcoꝝ regẽ ⁊ Ricardũ Angloꝝ.regẽ diſcenſiõe orta reifecta diſceſſerũt:Attñ Bonifatius vir magnanimus ⁊ xpianiſſimꝰ.vt ꝯ barbaros pdurare poſſet cretam iſulã quã ſibi alexiꝰ grecoꝝ ipator cõdonauerat cũ idigeret pecunijs illã ſuadẽtibꝰ amicis venetis vẽdidit:qbus pecunijs diu ꝯ hoſtes dimicauit.

Tancredus Sicilie Rex imo tyrānus hoc āno mortuo ſine legiptimo herede Gulielmo eiuſ 1189
pr̄e a ꝓceribꝰ iſule i eiꝰ loco ſufficit nec quātū regnauerit habemꝰ: hic cū dānato coitu geni
tus fuiſſꝫ Regnū Sicilie nō ſibi ſꝫ Romano pontifici de iure debebat: propter ꝙ clemens
p̄dictus papa ſua iura repetiturus ſtati copias ſuas eo miſit: qbus dū tācreduſ reſiſteret oīa
rapinis ⁊ cēdibꝰ repleuit: Quas obres mortuo Clemēte. Celeſtinus eius ſucceſſor egreferēs
ipꝫ tali regno potiri: hac aſtutia vſus Conſtātiā Gulielmi regis vnicā filiā e panormitano
monaſterio oculte traxit cāqꝫ: licet profeſſā: hērico qnto vxorē dedit: hac vꝫ conditione vt
Sicilie regnū et vltra farum dotis noīe repeteret feudatario cēſui pontifici. Ro. refuato q̄
audito cōſeſti henricus cōditionē acceptauit. ⁊ magno cōparato exercitu i Tācredū duxit
ꝓ q̄re Tancredus tertius Neapoli ſe contulit et incluſit: i quā qdē ciuitatē idem hēricuſ pꝰ
mltā obſidionē ipꝫ iterfici fecit. Sed eo mortuo gulielmus eiꝰ filius ei ſucceſſit.

Ordinē āt humiliatoꝝ hiſdē tēporibus q uāmaxie in Ciſalpina gallia initiū hoc mō ſūpſiſſe
ferūt: Cū federicus p̄dictus barbaroſſus totā Ciſalpinā: vt diximus: varijs incomodis et
vexationibꝰ laceraret. infinitos prope viros cū mulieribus et liberis in Germania ꝑpetuo
exilio damnauit: vbi cū multis annis eos detinuiſſet. iā exilij faſtiditi: Tā viri ꝙ mulieres
cōi conſenſu veſtibus albis induti ad iꝑatorē hūiliter aliquādo acceſſere: ⁊ in terrā ſe ꝓſter
nātes miſericordiā eiꝰ dep̄cauere. quoꝝ hūilitatē vt vidit ceſar pietate ⁊ ſupplicationibꝰ ꝑ
motus eoꝝ p̄cibus annuit ⁊ vnūquēqꝫ in patriā ſuā redire conceſſit: Reuerſi itaqꝫ exules
in ciſalpinā: ⁊ forte ex voto hac de cauſa emiſſo: plurimi vna cū vxoribus eo i veſtitu de
albato caſtitatē ſuare volētes i vnū cōuenerūt: ⁊ deo grās agētes deiceps nil aliō cogitare
decreuerūt niſi puro ⁊ itegro corde deo et btē virgini deſuire: i vnuꝫ itaqꝫ mlti coadunati
cū ſirēt ꝓphetaꝫ dixiſſe: labores manuū tuarū qa mādugabis beatꝰ et bene tibi erit faculta
tes ſuas oēs i laniſicio expoſuerūt atqꝫ in illo exercitio: pꝰ crebras orōes ⁊ cōtemplationes:
ſūmopere iiſtere ceperūt: ꝓpter ꝙ tū facultatibꝰ: tū ēt ꝑſonaꝝ numero mirūinmodū bre-
uiter creuerunt procedente deide tēpore ob religionē ⁊ vite ſcitatē ab ſūmis pōtificibꝰ mlti
plicī ꝑuilegiati ⁊ ſacris ordibus initiati tā Mulieres ꝙ viri regulā bti Bn̄dicti ꝓfeſſi ſunt

hēricus vᵘ Enricus eiꝰ nois qntus Federici p̄dicti: vt aiūt: filiꝰ. duodecimus Germanoꝝ iperator
hoc āno impio ſurrogatus. impauit ānis. 8. Hic tertio iperij ſui anno a Celeſtino pō 1190 6384.
tifice Romā vocatus in ſolēnitate paſcali celebrata ꝑus ipius pōtificis coronatione pꝰ tridie
coronatur: ⁊ cōſtātia Gulielmi regis Sicilie filia: nupꝫ e monaſterio educta: nuptui tradit
Siracuſa ac Cathania vrbibus ſibi dotis noīe aſſignatis. Que et ipa ēt inter p̄clara dotis
ſue munera cētū et qnqgita Equos regalibꝰ veſtibꝰ ornatos obtulit: Quibꝰ beneficijs motꝰ
hēricus. ⁊ ipe tuſculanū agrū ſtati Celeſtino tradidit. quē mox receptū romani dilacerarūt
his geſtis cōſeſti hēricus eū Conſtātia et magꝰ exercitu ꝯ Tācredū acceſſerūt ⁊ eū i neapo
li aliquādiu obſederūt. ſꝫ peſte exercitū ꝑturbāte, re īfecta i alemaniā: relictis ibidē ducibꝰ
abierūt: pꝰ annū vō cū tācredus et eiꝰ filius Gulielmus i neapoli iterfecti fuiſſet exercitus
vrbem neapoli cepit et illā i p̄dā dedit. Ibidēqꝫ duabꝰ Tancredi puellis cū mlto pplo cap
tis i Germaniā ad ꝑpetuū exiliū ꝑducti ſūt: qs puellas cū henricus accepiſſet eas ſeuiſſime
interfecit nec cōtētus ꝙ in puellas virgines deſeuiſſet. ſed ⁊ pleroſqꝫ Ep̄os et religioſos ad
ſe ductos cā indicta e ſūmis turribus p̄cipitare iuſſit pleroſqꝫ alios varijs mortibꝰ iterficē
fecit: ꝓpterqꝫ ſcelera indignatꝰ Celeſtinus pon. eū ſacris miſterijs abdicauit: Sed venia de
errore poſtulara i grāꝫ eū pon. recepit et ad ſe in Italiaꝫ vocauit. ⁊ de regꝰ Sicilie eū inue-
ſtiuit. Atqꝫ ita hic hēricꝰ modico eiꝰ labore citra farū ⁊ vltra regnū accepit: ide ēt a pōtifice
vocatꝰ ad bellū Aſiaticū eū hortat. ſꝫ cū ꝑ ſe hieroſolimā petere nō poſſet archiep̄m ma-
guntinū ⁊ Saxonie ducē cū magnis copijs eo deſtinauit: qbꝰ ita cū i regnum redijſſet mox
Meſane egrotare cepit. cognitaqꝫ ſui mortē adeſſe ꝓpinquam: vxorē ⁊ Federicum filiuꝫ ad
Innocētiū papā Romā mitens eoſdem ſibi obnixe cōmēdauit: philippum vō germanum
Ethrurie ducē quātū in ſe fuit Romani imperij ⁊ regni Sicilie quouſqꝫ filius adoleuiſſet
gubernatōem comendauit: confectoqꝫ teſtamento panormi diem obijt.

1191 Ricardu' Angloꝝ rex:hoc anno exercitū in Syriā cū ducere vellet cū Philippo frācoꝝ
rege(vt diximus)copias ⁊ caſtra cōiūgere voluit. Quibus ita cōiūctis ābo ꝯ Saladinū apd
ptolomaidē bellū ꝓſpere geſſerūt:pp ꝙ Saladinus quaſi ſupatus de redenda xp̄ianis hie
roſolima cogitare cepit. Sꝫ cū iter ſe de ip̄o ꝑncipatu ābo cōtenderent philippus idignans
negotiū reliquit ⁊ i Europā cū ſuis venit: Ricardus nihilominuſ bellū ſtrenue proſequitur
eo ꝙ Guido Luſignanus hieroſolimoꝝ antea rex a Saladino pulſus magnitudinē Ricādi
dep̄hēdens:ꝑus accepta ab eo Cypri inſula: eidē hieroſolimoꝝ regni iura ꝑmiſerit. Eapp
Anglici reges adhuc eū titulū ſibi aſcribūt. Auctus igr̄ aīo Ricardus obſidere hieroſolimā
inſtituit: ſꝫ hyeme ſupueniente ⁊ dilabētibus paſſim maritimis copijs ſētentiā mutans cuꝫ
Saladino pacē cōpoſuit: ⁊ maximā pecuniaꝝ vim ab eo accepit: Cūq̄ꝫ in patriā tandē re-
diret ab hoſtib⁹ i itinere capit̄ ⁊ ingēti pecunia recupat̄. Demū cū i Angliā puenīſſet quoad
uixit cū frācoꝝ rege bellū hūit ⁊ cū eo ſepe dimicauit.

Brixianoꝝ cōtra Cremonēſes victoria.

Cremonēſes:hoc āno idibus decēbris Brixianos i q̄ete agētes in olij fluminis ripis inſēſe a-
doriūtur. atq̄ꝫ eoꝝ agrū hoſtili aīo diſcurūt ⁊ ſpoliāt. vltroq̄ꝫ ꝓgreſſi etiam Ciuidatū agri
Bergomēſis oppidū aggredientes ipſum igne ⁊ ferro turpiter deſtruunt. Qua iniuria laceſ
ſiti Brixiani Bergomēſibus Mantuaniſq̄ꝫ ac placētiniſ ſibi iunctis Leonum more i hoſtes
ruūt ⁊ fūdūt ⁊ ac eos i turpiſſimam fugam vertunt: atq̄ꝫ plurimis eorum iterfectis ⁊ caſtris
ip̄oꝝ ſpoliatis triumphū victorie reportarūt digniſſimū: vndeq̄ꝫ eorum vexilla cū Caro
tio aſportātes Brixiā cū igenti gl̄ia ꝑduxere: ⁊ i cathedrali eorum eccl̄ia ad ꝑpetuam facti
memoriam oīa ſuſpenderunt: Cuius quidē trophei ꝑtica adhuc i ea extat ſuſpenſa.

Celeſtinus tertius papa natione Romanus Clementi hoc anno ſuffectus: ſedit ānis. 6
6390 1191 menſibuſ ſeptem ⁊ diebus vndecim. Uir quidem per omnia bonus ⁊ optimus qui ſu papa. 184.
ſcepto magiſtratu ſtatim henricum(vt dictum eſt)corona exornauit atq̄ꝫ ei Conſtantiam
monacham in matrimonium collocauit. Et quoaduixit nil pretermiſit quominus hieroſo
lima recuperaretur. Et licet in multis bellorum ſumptibus opprimeretur edes tamen egre
gias apud ſanctum petrum ⁊ lateranum extruxit: Moriens tandem cūctis pre dolore la-
chrimātibus in bti petro templo ſepelitur.

Uiteribuꝫ Ethrurie prouincie oppidum. hoc anno ciuitatis nomen a Celeſtino iſto ſumpſit
1193 cuius eccleſiam cum Cathedralem conſtituiſſet: tuſcanenſi ac centum cellenſi eccleſijs pſeſ-
ſe voluit.

Conſtantia Guilielmi Sicilie regis filia. hoc anno ex Monacha iam diu profeſſa iuſſu cle-
mentis predicti pontificis henrico Auguſto matrimonio copulatur. ⁊ ex Monacha Augu
ſta nuncupatur. In huius autem conſtantie ortu Joachim abbas prophetico ductus ſpiri
tu: patri Guilielmo dixit natam eſſe regni ſui Sicilie deſolationem futuram. Qua ꝓphetia
ſtupefactus rex ſecum anxia meditatione reuoluere cepit: quo nam pacto iſtud a femina cō
tingere poſſet. Nec aliter videns quā a coniunge uel a filio. Regno compaciens vt conubij
atq̄ꝫ prolis auffereretur ſpes puerulam in Monaſterio clauſit ⁊ perpetuam deo virginita
tem profitere fecit: Sed contra dominum nullum valet conſcilium. iuſte ſemp mortalium
facinora expiantem: Hec autem patre ſanctiſſimo ⁊ optimo rege extincto nemine preter ſe
legiptime regni herede ſuperſtite cum iuuentutem omnem peregiſſet iamq̄ꝫ facta videba
tur anus: ſumpſiſſetq̄ꝫ poſt patris obitum Tancredus predictus regni dyadema eo itum: ē
vt facionibus procerum omne regnum in exterminium traherentur. Quamobrem quibuſ
dam regno ⁊ populis compatientibus menti incidit. quod poſtmodum ſubſecutum ē cōſtā
tiam iſtā alicui magno ꝑncipi i cōiugē dari vt eius ope atq̄ꝫ potentia peſtiferi tumult' ſeda
rētur. Nec abſq̄ꝫ labore magno obtētū ē. Celeſtino pōtifice cōſentiente vt i cā Cōſtantia de
ueniret ſententiā vꝫ vt nuberet. cū i ꝓfeſſionis ꝓpōito imobilis ſtaret: ⁊ etas annoſa obſi-
ſtere videret̄. Sꝫ cū adeo res ꝓceſſiſſet. hērico ꝑdicto impatori tādē deſpōſata ē. Et ipatrix
facta nuptialem ꝯſcendit thoꝝ ⁊ q̄nquageſimum ⁊ q̄ntum agens annum rugoſa concepit

Et cũ ipſa conceptio (pp etatẽ) nõ crederetur. hẽricus impator ad tollendã oĩum ſuſpitionẽ cum tẽpus partus aduenisset. edicto publico diuulgari pcepit: vt quicũqꝫ vellet intereſſe fu turo impatricis partui panormi venirent. Multiſqꝫ aſtantibus Impator in pratis panor mi tentoria ponere fecit: ⁊ pctis videntibus impatrix: iam quaſi decrepita infantẽ peperit. vꝫ Federicum ſm qui poſtea ob eius fatuitates in monſtruoſum euaſit hoĩem: ⁊ italie toti° ne dũ Sicilie regni euerſorem: vt non euacuaret Joachim abbatis pphetiam Et ꝑpterea hec Conſtantia ſi aliquo alio merito vnq̃ eſſet extollenda iſto tamen vnico (pter naturã) partu per vniuerſuꝫ orbem conſpicua ⁊ cõmemoranda facta eſt.

Arricus dandalus quartus ⁊ quadrageſimus venetoꝝ dux. lauro duci oĩuꝫ ꝯſenſu hoc ãno ſuffect° ducauit ãnis. ii. vir p oĩa glioſus: q̃ tũ eloquẽtia tũ experientia ⁊ exquiſitis moribus plurimũ valuit. Qui ſuſcepto magratu auctoritate ſenatus claſſẽ nõ modicã in hieroſoli moꝝ expeditõe cũ reliquis pncipibus chriſtianis trãſmiſit. Cui quidã claſſi archiepiſcopuꝫ Rauenatẽ pfecit. Indeqꝫ Jaderã ciuitatem quarto rebellantem venetis recupauit ac cõſtã tinopolim imperioſã cũ gallis vi cepit. ⁊ Cretam inſulã a Bonifacio Montiſferrato maxi mo pcio ẽptã impio ſuo adiecit: ſed ⁊ alia ꝯplurima beneficia quoad uixit Senatui ſuo cõ tulit. Moriens tandem i atrio ſancte Sophie maxis cũ lachrimis ſepelitur. 1194

Saphandinus Saladini Egyptioꝝ regis frater. hoc ipſo ãno Saladino rege apud Dama ſcum defũcto regnũ oẽ ſuſcepit ⁊ Saladini filios expulit. Diuiſerat. n. Saladinus ipe filijs ſuis regnũ nulla de frẽ iſto mentõe hita. Quamobrem idignatus Saphãdinus fratris fili os oĩo regno depulit ⁊ ſolus deinceps ipe regnauit. Sed quantũ iſte regnauerit nõ ſatꝭ cõ ſtat.

Cypri regni principium.

Guido Luſignan° generẽ Gallus dudũ hieroſolimoꝝ rex a Saladino pulſus. hoc ãno iurib° ſuis Ricardo Angloꝝ regi pmiſſis: Cyprũ iſulã ab eodẽ Ricardo in regni recũpenſatione recipiens multis i ea ãnis regnauit. Atqꝫ hoc mõ ꝑpter antiquã ipius regũ noĩe dignitateꝫ regni titulũ Inſule dedit. ſibiqꝫ ac poſteris ſuis vſqꝫ in annũ dñi. 1460. per ãnos ducentos ⁊ ſeptuagintaquiqꝫ ipſam iſulã reſeruauit. Ea nãqꝫ inſula olim cadẽtibus rebus Ro. diu ſub Grecoꝝ impio fuit: q̃s pauloante ſupradictus Ricardus Angloꝝ rex ex inſula hoc mõ deiecit. Cum. n. idẽ Ricardus hieroſolimã cũ claſſe ꝑperaret tẽpeſtate coactus Cypanum portũ igreſſus ẽ: ſed cũ a Grecis repelleretur arma que in barbaros parauerat in ipos vtit eiſqꝫ inſulam abſtulit. quã firmo ſuoꝝ pſidio munitã Guidoni huic hieroſolimoꝝ regi p miſit. poſt varias ãt regnũ ſucceſſiones ad duos fratreſ regnũ id peruenit: quoꝝ alter petr° noie claſſe inſtructa cũ cathelanis Galliſqꝫ Alexandriã vrbẽ aliquando inuaſit igreſſuſqꝫ vrbem mediam diripuit. Inde igni appoſito preda ingenti ditatus aufugit. Qui paulopoſt inſule ingreſſum a fratre ꝓprio iterfectus ẽ. De huius ãt regni ſucceſſu ⁊ ꝓgreſſu iſra mul ta dicemus cũ de regibus ſuis paſſim tractabimus. 1195

Innocẽtius terti° papa patria Cãpanus patre Trãſimũdo ananino ex iſima plebe na papa. 185. to papatũ p° Celeſtinũ pontificẽ accipiens: ſedit ãnis. 18. mẽ. 4. ⁊ diebus. 24. vir certe i oĩ genẽ vite ꝓbatiſſimus atqꝫ doctiſſim°. q̃ a pmeua etate pariſius lr̃is opam ddit: vbi tñ pfec. q̃ poſtmõm mlta libroꝝ volumĩa cõpoſuit: Iñ que extat liber d miſia ꝯditõis hũa ne: ⁊ de miſſa alter ac de Baptiſmi ſacramẽto: ſed ⁊ ſup pſalmos penitẽtiales tractat° cõpo ſuit. Edidit iſup Sermões plurios tẽporibus ac dieb° accomodatos Decretales q̃ꝫ antiq̃s ꝯpoſuit q̃s obſuari mãdauit. In q̃bus mltas iprobat hereſes ſic i pncipio voluminis hẽt. Eius ãt opa ⁊ ipenſa hoſpitale ſcti ſpũs itra vrbẽ leoninã cõditũ ⁊ magnis prouẽtib° au ctũ fuiſſe cõſtat. Indeqꝫ Baſilicã ſcti Siſti vetuſtate collabẽtẽ reſtituit: vniuerſiſqꝫ ecclijs q̃ tũ i vrbe erãt pro cõficiẽdis calicibus argẽti librã vnã obtulit. ⁊ altare btĩ petri plurimum ornauit. veꝝ dũ peruſij tollẽde diſcordie cã (que iter Genuẽſes ⁊ piſanos vigebat) profectus fuiſſet ibidẽ i pace q̃euit. Hic pmum ordinẽ nr̃m diui Auguſtini eremiticũ ſub tutela aplica ſuſcepit: ſicut pꝫ ex eius indulto quod icipit. Solet annuere. 1198 6397

Joãnes Anglorum rex. hoc ipo anno Rycardo eius frẽ ex telo catapulte interfecto Anglie

regnū ſuſcepit. Cui cū poſtea Ludouicus francoꝝ rex maximū indixiſſet bellum ioānes
auxilio diuino vſurus ſtatim Angliam atq; hiberniam Romāi eccl'ie vectigales fecit. Nā
centū auri marchas quotannis ſe eidem ſoluturū compromiſit ſi ab eius impetu dñs eū
liberare dignaretur. Atq; victoria diuinit⁹ parta poſtea aliquādiu apd̄ Angloꝝ reges hoc
votum ſeruatum eſt.
Joannes bonus ordinis eremitaꝝ diui Auguſtini inſtaurator ⁊ pr̄ natōe Mantuanus . his
1199 tp̄ribus cū multi ānis ānis i Flaminia (quā marie) ⁊ vmbria vitā religioſiſſimā atq; ſanctiſ
ſimā duxiſſet ⁊ multa ibidē monaſteria crexiſſet atq; inſtauraſſet vbi ⁊ religionē ipam ſuā
labefactatā verbo ⁊ exēplo plurimū euexit Mātuā regreſſus ibidē ēt miraculoꝝ glīa plu
rimū effulſit. De cuius ſāctiſſima vita multa ⁊ (incredibilia quaſi nō credētibus) ſcripta re
ferūtur: que ſi oia enarrare vellē ordinis ſuſcepti ⁊ voluminis modū profecto excederē: ſed
quedam pauca ad multoꝝ edificatōem hoc in loco ſcripta ſufficiēt: Mortuo itaq; ipſi⁹ pa
tre ioānes bonus in etate florida remāſit ⁊ cū pluribus habūdaret diuitijs ⁊ neminē vere
retur ꝑ ānos multos lubricis iuuenib⁹ ⁊ hyſtrionibus adeſit. Quod mat̄ que bona voca
bat aiaduertēs p̄ces cū lachrimis ideſinēter pro ſalute ei⁹ ad dñm fūdebat. Cui⁹ p̄ces dñs
ex alto ꝓſpiciens ipm filiū ad ſalutē graui morbo percuſſit. Cūq; ioannes bon⁹ vite ſue di
ſcrimē haud paꝝ extimeſceret votū. vouit dño ſi pſtine redderetur ſanitati deo deinceps i
hitu religioſo ſe ꝑpetuo deſeruituꝝ. Qui vbi ſanitatē adeptus ē cū diligētē cōfeſſioēꝫ vrbis
epo feciſſet: matre iā defūcta: oēs ſubſtātie ipi⁹ facultates vēdidit ⁊ paupibus erogauit nil
ſibi oio referuās. Sicq; nudus penitus ⁊ xp̄i ſpe ac fide armatus ſtatim in Flaminiā haud
ꝓcul a Ceſena vrbe ſub quodā ſpecu cōceſſit: ibiq; mirūimmodū ſe affligens maximū ſibi
ſanctitatis nomen cōpauit. Indeq; ſuſcepto religionis eremitarum diui Auguſtini hitu a
deo in pricipio carnalibus incendijs pulſatus fuit vt paꝝ abfuerit quin a ꝓpoſito ſācto re
trocederet. ſed miles xp̄i manū mittens ad fortia doloris incēdio carnis extinxit incēdium
Nā arūdinem ſuſcipiens in multas eā ſubdiuiſit particulas atq; eas pacutas ſub vnguib⁹
manuum ſuarum infixit ⁊ taliter ſuper quendam lapidem manus contudit vt vſq; ad di
gitorum ſumitatem infigerentur. Quo vehementiſſimo dolore quaſi exanimis effectus in
terrā decidit ibidēq; tribus diebus ⁊ noctib⁹ tāq̄ mortuus pmanſit. Veꝝ pius dñs ſeruuꝫ
ſuum non deſeruit ſed per viſum ei apparēs adhortari eū cepit dicens. Fili quia bene ce
piſti optime vitam conſumabis. nec deinceps vllo pulſaberis tempramēto. Elapſaq; viſio
ne ioānes bonus oi ꝓriſus dolore alienum ſe ſenſit grāſq; deo agens imenſas incredibili p⁹
modū abſtinētia vſq; ad mortē corpus ſuū afflixit. Cuiuſ quidē exemplo p totā flaminiam
⁊ vmbriam nō mō eremite ſed ⁊ ſeculares plurimi ad eum cōfluxere ⁊ ipm ſibi patrem et
ducē cōſtituere: Audienſq; vir ſanctus celebre nomen beati Gulielmi olim Aquitanie du
cis in gallis ordinē eremitaꝝ ſancti Auguſtini labefactatum moribus ⁊ inſtitutis ac Edifi
cijs inſtauraſſe eius exēplo incenſus: ⁊ ipſe inumerabilia pene monaſteria per Flaminiam ⁊
vmbriam ordini ſuo erexit: Quapropter ad eū tāq̄ ad pr̄em oēs eremite certatim cōcurrerē
ceperunt. Quod ille concernens magis exēplo q̄ verbo ordinis inſtituta inſtaurare ⁊ reſa
cire curauit. Eamobrem in eiſdem prouicijs religione aucta. Ex tūc: vt fit: ab ipo inſtaura
tore ⁊ reformatore fr̄es Zābonite: nō diui Auguſtini: vulgo eos appellarē cepit. Tādēq; cū
vir ſāctus ānis. 50. ⁊ eo āplius i Flaminia cōmoratus fuiſſet diuino nutu in patriā reuerſ⁹
plenus dieꝝ ⁊ opib⁹ bōis extra Mātuanā vrbē i mōaſterio ibidē a cōciuib⁹ ſuis ſibi ꝯſtru
cto āno a natiuitate dñi. 1222. migrauit ad dñm: cui⁹ ſctiſſimū corp⁹ paulopoſt itra vrbē trāſ
latū i mōaſterio ordinis ſub titulo ſācte agnetī fabrefacto ſūmo hūat honore: ad cui⁹ tūbā
magna q̄tidie ⁊ iaudita fiūt miracl'a. Hui⁹ āt ſācti viri ⁊ pr̄is ioānnis boni: iter celebres pre
ſtāteſq; diſcipulos ſeraphicū Frāciſcū de Aſiſio (ſanctiſſimi ordinis minoꝝ ꝯditorem) fuiſſe
cōſtat. Sꝫ ne q̄s dubitet qui forte ignarus hui⁹ rei execrāda plurimū talis videat ſcriptura
q̄bus omiſſa vicētis Galli hiſtorici teſtificatōe q̄ ⁊ ſi. 30. ipius hiſtoriaꝝ li. c. 98. r̄ferat diuū
Franciſcum fuiſſe eremitam ⁊ cū baculo pedibuſq; calciatis ⁊ corrigia cinctū inceſſiſſe ñ tñ

hu⁹ ioannis boni diſcipulũ fuiſſe dixit: Sʒ hoc ĩ loco hoc vno veriſſimo cõprobamus teſti monio: ꝙ apd̃ Mãtuã vbi ſacratiſſimũ viri ſãcti extat corpus et reliquie ſpius veſtimẽtoꝝ reliquie Tabellariȷ̃ ẽt inter antiquiſſimas monaſteriȷ̃ ſcripturas Cyrographũ aliqñ viſũ ẽ cõteſtãs beatũ Frãciſcũ de aſiſio ꝓfeſſionẽ cremiticã ſub regula btĩ auguſtini emiſiſſe ĩ ma nib⁹ fr̃is ioãnis boni Eremite Mantuani.

Viri diſciplinis excellentes.

Helymãdus frigidi mõtis monachus his tẽporib⁹ ĩ galliȷ̃s ĩ agro Beluacẽſi religiõe ⁊ doctri na clarus effulſit: Qui cũ ẽẽt vir doctiſſim⁹ diligẽti cura de oĩb⁹ rebus geſtis Chronicaꝫ per pulchrã ab initio mũdi vſq̃ ad hec tẽpora compoſuit.

Papias natione lombardus in latina ac greca lingua egregie doctus. p hec tẽpora floruit et mlᷓta cõpoſuit Et iter cetera preter latina vocabula q̃ diligenter in ordinẽ redegit: ẽt de or dine dicendi opime ſcripſit. atq̃ plures Ep̄las elegantes doctaſq̃ compoſuit.

Guernerus alias hyrnerius Illuſtris ⁊ ſpectabilis vir iuris ciuilis põtificiȷ̃q̃ doctor p id ipꝫ tempus Rome et Bononie docẽdo et legẽdo maxio fuit ĩ pcio: Qui teſtãte odifredo leguꝫ doctoꝝ. in. l. Jus ciuile. ff. de Juſti: ⁊ iure: p̃mus omniũ neie tradente leges ciuiles aperuit: ⁊ gloſas eis addidit: Et ppea iuris lucerna cognominari meruit. eo ꝙ eius ſcie et doctrine p̃ mus Illuminator extiterit.

Placentinus ẽt celeberrimus iuriſperitus. tempeſtate iſtac floruit: q̃ et ipo referẽte: ſup. C. De inſtitutionibus apud peſulanũ montẽ: Summã ſuã nõ minus doctã q̃ vtilẽ edidit que incipit: cũ eſſem Mantue.

Joannes Boſianus patria Cremonẽſis Azonis preceptor. et ipſe Odifredo teſte in lege. i. in principio. ff. hoc ipo tẽpore Summam breuem ſuper pandetis compoſuit: quam idẽ Odi fredus ventoſam nominat: Conſcripſit etiam ſuper. C. lecturam perutilem.

Martinus ſimiliter Boſianus et cremonẽſis: eius doctrine et profeſſionis doctor de quo in gloſis perſepe fit mẽtio hoc ipo tẽpore floruit: quem etiam angelus de peruſio ob ingeniȷ̃ magnitudinem Juris lucernam et mundo totius Speculum appellat.

Azonem preterea patria Bononiẽſem virũ vtiq̃ celeberrimum atq̃ inſignem et in iure Ci uili conſultiſſimum Joãnis Boſiani auditorẽ cũ p̃dictis floruiſſe et clarum fuiſſe conſtat: Qui cum ẽẽt diuini ingeniȷ̃ vir in legibus optimos confecit apparatus. ac Sũmã celebreꝫ edidit: que apud oẽs etiã nr̃o euo magno habet in precio: Inſuper Additiones plurimis Sũmis addidit Deniq̃ poſt ſũmam ſuaꝫ magnos apparatus ſup. ff. veteri ⁊. C. edidit. hũc itaq̃ Azonem virũ doctiſſimũ fuiſſe Baldus in. l. contractus. C. de. fi. iſtru. dicit eo ꝙ legũ fontem et electiones vas velut alter paulus eum appellet.

Fratris Jacobiphilippi Bergomẽſis ordis frũꝫ eremitarũ Diui auguſtini ĩ oĩmoda hiſtoria nouiſſime cõgeſta Chronicaꝝ Supplemẽtum appellata liber tertiuſdecimus felicit icipit.

Enrico igitur mortuo maximo inter electores orta ẽ diſſenſio cuꝫ aliȷ̃ philippũ Suauie pn cipem et Ethrurie Ducem henrici fratrẽ. quem idem henricus mo 1200 6399
